

1538

IHS

Archivo de Loyola

Sección 3.^a Serie 2.^a N.º 70

Est. 55

Plut. 5

Escritos C. E.

I / 1198.

Archivo de Loyola

Archivo de Loyola

Estante

Plúteo





HOMERI

POETAE CLARISSIMI

MI ODYSSEA, ANDREA DI-

uo Iustinopolitano interprete, ad
uerbum translata.

EIVSDEM BATRACHOMYOMACHIA, id est,

Ranarum & murium pugna, Aldo
Manutio Romano interprete.

EIVSDEM HYMNI DEORVM XXXII.

Georgio Dartona Cretense interprete.

Schul Coll. pich. 10th, 17th, 18th, 19th, 20th, 21st, 22nd, 23rd, 24th, 25th, 26th, 27th, 28th, 29th, 30th, 31st, 32nd, 33rd, 34th, 35th, 36th, 37th, 38th, 39th, 40th, 41st, 42nd, 43rd, 44th, 45th, 46th, 47th, 48th, 49th, 50th, 51st, 52nd, 53rd, 54th, 55th, 56th, 57th, 58th, 59th, 60th, 61st, 62nd, 63rd, 64th, 65th, 66th, 67th, 68th, 69th, 70th, 71st, 72nd, 73rd, 74th, 75th, 76th, 77th, 78th, 79th, 80th, 81st, 82nd, 83rd, 84th, 85th, 86th, 87th, 88th, 89th, 90th, 91st, 92nd, 93rd, 94th, 95th, 96th, 97th, 98th, 99th, 100th.



Excudebatur Lugduni Anno do-
mini. M. D. XXXVIII.





AD LECTOREM.

QVAM In excudenda Homeri Iliade latina diligē-
tiam antea adhibuimus, eandem nunc etiam præ-
stitimus in imprimenda Odyssea, itaq; quod ad singulas
chartas earumq; numeros, paginas & uersus attinet, ea-
dem hic omnia sunt, atq; in Homero græco ex edi-
tione Aldina. Quod ideo à nobis factū est,
ut qui poëtam hunc græcum legent
eundem etiā habeant latinum
ita excusum, ut uno intui-
tu omnia in utroq; ui-
dere possint.

A ij



ARGVMENTVM. A. HOMERI
O D Y S S E A E.

Deorum concilium fit de Vlyffe in Ithacam mittendo a Calypso in insula. Post quod Minerva in Ithacam venit ad Telemachum similis Mentæ regi Taphiorum. Facio autem colloquio cum admonuisset Minerva Telemachum, propter patris inquisitionem, ire in Pylum quidem ad Nestorem, in Spartam autem ad Menelaum, discedit indicium dans quod dea esset: & Procorum fit cõuiuium.

ODYSSEA HOMERI

ANDREA DIVO IVSTINOPO

litano interprete, ad uerbum translata.

ODYSSEAE. A. HOMERI

COMPOSITIONIS.

Alpha, Deorum concilium: Vlyffæ Palladi consentientia.



IRVM mihi dic musa multiscium,
qui ualde multum

Errauit, ex quo Troiæ sacram urbem
depopulatus est:

Multorum autem uiuorum uidit urbes,
& mentem cognouit,

Multos autem hic in mari passus est dolores, suo in aëo,
Liberans propriamq; animam, & reditum sociorum.

Sed neq; sic socios liberauit, cupiens quamuis:

Ipsorum enim proprijs stultitijs perierunt.

Fatui qui boues Hyperionide Solis

Comederunt: sed hic his abstulit reditus diem.

Horum à quauis parte Dea filia Iouis dic & nobis,

Tunc alij quidem omnes quotquot fugerunt altam stragem

Domu erant, bellumq; qui fugerant & mare:

Hunc autem solum reditu carentem & uxore

Nympha ueneranda detinebat Calypsò magna dearum,

In speluncis concauis, cupiens maritum esse.

Sed cum iam tempus uenit circumuoluentibus annis,

In quo illi neuerant dii domum redire

In Ithacam, neq; tunc fugerat certamina,

Et inter suos amicos, Diu autem miserti sunt omnes,

Præter Neptunum, hic autem omnino irascebatur

Diuino Vlyssi, priusquam in suam terram perueniret.

Sed hic Aethiopas adierat procul existentes,

Malorum suorum
homo sibi
causa.

Neptunus solus
Deorum
Vlyssi infensus.



O D Y S S E Æ

Aethiops, qui bisariam diuisi sunt extremi hominum:
Hi quidem ad occidentem Solem, illi autem ad orientem.
Occursurus taurorumq; & agnorum sacrificio,
Ibi hic delectabatur conuiuio asidens, sed alij
Iouis in adibus olympij frequentes erant.

His autem uerba incepit. Pater hominumq; Dearumq;
Recordatus est enim in animo strenui Aegisthi,
Quē iam Agamēnonides longē inelytus interfecit orestes.

Iouis uerba i
deorum con-
cilio.

Huius hic recordatus uerba immortalibus fecit.
Pape, qualiter iam deos homines culpantur,
Ex nobis enim dicunt mala esse: sed hi ipsi
Suis improbitatibus præter fatum dolores habent.

Iniuste in ma-
lis deos accu-
satus.

Sicut et nūc Aegisthus præter fatū Agamēnonis Atride
Duxit uxorem desponsatam, & hūc interfecit redeuntē
Sciens grauem cladem, quoniam illi prædiximus nos
Mercurium mittentes internunciū Argi interfectorem,
Ne ipsum interficeret, neq; ambiret coniugem eius:
Ex Oreste enim ultio erit atride.

Cum pubes fuerit, & suam desiderauerit terram.
Sic dixit Mercurius, sed non menti Aegisthi
Persuasit bene consulens: nūc autē simul omnia per soluit.

Huic autem respondit postea Dea caesia Minerua.

Minerua p
Vlysse inter-
cedit.

O pater noster Saturnie supreme Regum,
Et ualde ille decenti iacet morte:
Vitam periret & alius quicumq; talia facit.
Sed mihi propter Vlyssē prudentem cruciatur cor
Infelicem, qui diu procul ab amicis dolores patitur
In insula circumflua, ubi umbilicus est maris,
Insula nemorosa, Dea autem in domibus habitat
Atlantis filia prudentis, qui maris

A

I.

4

Totius gurgites nouit: habet autem columnas ipse
Longas, quæ terramq; & cælum utrinq; sustinent.
Huius filia infelicem lamentantem detinet:
Semper autem mollibus & blandis uerbis
Demulcet, ut it hæc obliuiscatur, sed Vlysses
Cupiēns uel fumum exilientem uidere
Sue terre, mori cupit: neq; tibi
Curat charum cor olympic, an non Vlysses
Arziuorum apud naues gratificabatur sacra faciēns
Troia in lata: cur ei tantum irascēris Iupiter?

Hanc autē, respondens, allocutus est nubigrega Iupiter.
Filia mea quale te uerbum fugit septum dentium?
Quomodo Vlyssis ego diuini obliuiscar?

Iupiter Ma-
ncruam.

Qui mente quidē superat mortales, abundeq; sacra Dijs
Immortalibus dedit, qui cælum latum habitant.

Sed Neptunus terram continens rigide semper
Cyclopi gratia iratus est, quem oculo excæcauit
Dijs parem Polyphemum, cuius robur est maximum
Inter oēs Cyclopas. Thoosa autē ipsum peperit Nympha
Phorcynis filia maris profundi principis,
In speluncis concanis Neptuno mixta:

Polyphemus
Neptuni fi-
lius.

Ex hoc tempore Vlyssē Neptunus quatiens terram
Non interfecit quidem, errare autem facit à patria terra.
Sed agite nos decernamus omnes
De reditu ut ueniat, Neptunus autem remittet
Suam iram: non enim poterit contra omnes
Immortales inuitis Dijs contendere solus.

Huic autē respōdit Dea glaucos oculos habēs Minerua:
O pater noster Saturnie summe regnantium,
Si nunc hoc gratum beatis Dijs

A iij



O D Y S S E Æ

Redire Vlyfsem prudentem suam domum,
Mercurium quidem sanè internuntium Argicidam
In silam in Ogygiam concitemus, ut uelocissime
Nymphæ pulchricomæ dicat uerax consilium,
Reditum Vlyfhis prudentis, ut redeat.
Sed ego in Ithacam ibo, ut eius filium
Magis excitem, & ei ures in mentibus ponam
Ad concilium uocantem erimtos Achiuos
Omnibus Procis renunciare, qui eius semper
Oues frequētes iugulāt, & curuātes pedes, tortisq; corni-
Mittā aut in Spartāq; & Pylum littoralem, (bus boues.
Reditum sciscitaturum patris chari, sicubi auderit:
Et ut ipsum gloria bona inter homines habeat.
Sic locuta, sub pedibus ligauit pulchra talaria
Immortalia, aurea: quæ ipsam portabant, & supra mare,
Et in magnam terram simul cum flamine uenti.
Accepit autem fortem hastam præmunitam acuto ære,
Grauem magnam, solidam, qua domat acies uiro-
Heroum, quibus irascitur ipsa potentem patrem habens.
Venit autem ab Olympi uerticibus ruens,
Stetit autem Ithacæ in populo in uestibulis Vlyfhis
Liminis atrij: manu autem tenebat ferratam hastam,
Assimilata hospiti Taphiorum duci Mentæ:
Inuenit autem Procos contumaces, qui quidem sanè
Talis ante ianuas animum oblectabant
Sedentes in pellibus bouum, quos interfecerant ipsi:
Præcones autem ipsis & prompti ministri
Hi quidem uinum miscbant in crateribus et aquā debāt
Illi autem rursus spongijs perforatis mensas
Abstergebāt, et ante ipsos ponebāt, et carnes multas diu-

A E I 5

Hæc autem lōge prius uidit Telæachus diuina specie præditus:
Sedebat enim inter Procos charum cruciatus cor,
Volutans patrem bonum in mentibus sicunde ueniens
Procorum quidem distipationem in domibus faceret,
Honorè autem ipse hēret, & possessionibus suis imperaret. Mīnerua Mē
Hæc cogitans cum Procis sedens uidit Mīneruam: tis regis hitū,
Iuit autem rectā ad uestibulum, & indignatus est animo mētita a tele-
Hospitem diu in uestibulis stare: propè autem stans macho hospi-
Manum cepit dextram, & prehēdit ferratam hastam: tio excipitur.
Et ipsum alloquens uerba pennata dixit.

Salue hospes, apud nos hospitio accipieris, sed postea
Cœna saturatus loquaris quare tibi opus est.

Sic locutus præibat, & sequebatur Pallas Mīnerua,
Hi autem cum iam intra erant domum altam,
Hastam quidem posuit ferens ad columnam longam
Intra armamentarium politum, ubi aliæ
Hastæ Vlyfhis ærumnosi stabant multæ.

Hasta Mīner-
uæ.

Ipsam autem in sede sedere fecit ducēs subtus tapetē exten-
Pulchrū, uariū: sub pedibus autem scabellum erat. (dens
Iuxta autem ipse posuit triclinium uarium seorsum ab alijs
Procis, ne hospes contristatus tumultu,
Cœnam fastidiret inter superbos accedens,
Et ut ipsam de patre profecto interrogaret.
Aquam autem famula gutiurnio infudit ferens
Pulchro, aureo, super argenteo lebetē
Ad lauandum: iuxta autem politam extendit mensam,
Panem autem uerecunda proma apposuit ferens,
Obsonia multa apponens gratificans ex præsentibus.
Structor autem carniū lances apposuit attollens
Variarum, apud autem ipsos aurea pocula.

Proci Penelo-
pes epulātur.



O D Y S S E A E

Præco autē ipsos frequēter percurrebat uinum fundens.
Ingressi sunt autem Proci superbi, qui quidem postea
Per ordinem sederunt per triclinia & sedes.

Hiis autem præcones aquam in manus fuderunt:
Panem autem ancillæ aceruabant in canistris.
Hi aut in cibos paratos appositos manus immiserunt:
Iuuenes autem crateras coronauerunt potu.

Sed postquam potus & cibi desyderium exemerunt
Proci, his in mentibus alia curæ erant,
Cantusq; saltatioq; hæ enim appendices sunt conuiuij.

Phemio can-
tor. Præco autem in manibus citharam perpulchram posuit
Phemio, qui canebat apud Procos necessitate.
Sanè hic canens prælusit pulchrum canere.

Telemachi et
Mineræ ho-
spitis collo-
quium. Sed Telemachus allocutus est cæsiam Mineruam,
Propè tenens caput, ut non audirent alij.
Hospes amice, etiã si mihi succensueris quodcumq; dixeris,
His quidem hæc curæ sunt cithara & cantus
Facile, siquidem alienâ substantiam impunem comedât
Viri, cuius iam alicubi alba ossa putrescunt imbre
Iacencia in terra, uel in mari unda uoluit,
Sic illum in Ithacam uiderent redeuntem,
Omnes optarent leuioribus pedibus esse,
Quàm ditiores aurig; uestisq;.

Nunc aut hic quid sic perijt mala morte, neq; aliqua nobis
Spes, etiam si aliquis terrestrium hominum
Dicit uenturum: huius autem perijt reditus dies,
Sed age mihi hoc dic, & uerè narrato.

Quis unde uenis uirorum tibi ciuitas, & parentes?
Quali autem nauis uenisti? quomodo autem te nauæ
Duxerunt in Ithacam? qui esse dicuntur?

A I.

6

Non enim te pedestrem puto huc peruenisse.
Et mihi hoc dic uerum, ut bene sciam
An recens accedis? an & paternus es
Hospes? quoniam multi uenerunt uiri nostrâ domum
Alij, quoniam & ille conuersabatur cum hominibus.

Hunc rursus allocuta est cæsia Minerua.
Tibi ego hæc ualde uerè dicam.

Mentes Anchiali prudentis glorior esse
Filius, sed Taphijs nauticis impero.
Nunc autem sic cum nauis deueni & socijs.
Nauigans nigrum mare ad alienigenas homines,
Ad Temesimæ aris gratia: duco autem nigrum ferrum,
Nauis aut mihi ipsa constitit in agro seorsum ab urbe,
In portu Rhethro sub Neio nemoroso.

Hospites uero inter nos patrij gloriamur esse
Ab initio, si senem interrogaueris adiens
Laërtem heroam, quem non amplius dicunt ad urbem
Venire, sed longè in agro detrimenta pati,
Vetula cum ministra, quæ ipsi cibumq; potumq;
Apponit quodcumq; ipsum labor in membris cepit
Serpentem per culturâ fertilis uinæ producētis uinum.

Nunc aut ueni, iam enim ipsum dixerunt peregre esse
Tuum Patrem, cæterum huic Dei impediunt uiam:
Nō enim adhuc mortuus est in terra diuus Ulysses,
Sed adhuc uiuus continetur in lato ponto,
In insula circumflua: Morosi autem ipsum uiri detinent
Agrestes, qui illum retinent inuitum.
Sed nunc ego tibi uaticinabor, sicut in animum
Immortales misciunt, & sic perfectum iri puto,
Neq; uates existens, neq; auguriorum clare peritus



O D Y S S E A E

Non amplius diu dilecta à patria terra
Aberit, neq; si ferrea uinacula tenerent,
Cogitabit ut redeat, quoniam artificiosus est.
Sed age mihi hoc dicas, & uerè recenseas,
Si iam ex ipso tantus filius es Vlyffe,
Vehementer enim capite & oculis pulchris similis es
Illi, quoniam sic commiscebamur inuicem,
Antequam is ad Troiam ascendisset, quo alij
Arguorum optimi iuerunt cauatis in naubus:
Ex illo neq; Vlystem ego uidi, neq; me ille.

Hanc rursus Telemachus sapiens contra allocutus est.
Tibi ego Hospes ualde uerè dicam.

Vix suus cui
que notus est
pater.

Mater quidem me dicit huius esse sed ego
Nescio: nondum enim aliquis suum genitorè ipse nouit.
Quàm ego debebam fortunati alicuius esse filius
Viri, quem in possessionibus suis senectus inueneret.
Nunc autem qui miserimus factus est mortaliū hominū,
Ex hoc me dicūt genitū esse, quāquā tu me hoc iterrogas.

Hunc autem rursus allocuta est Dea casta Minerua.
Non certe progeniem Dei ignobilem in posterum
Posuerunt, siquidem te talem genuit Penelope.
Sed age mihi hoc dic, & uerè narra.

Quid conuiuiū? quod autē cōuētus hic est: cur autē tibi necesse est?
Conuiuium? an nuptiae? quoniam non solum hae sunt.
Quam mihi iniuriam inferentes insolenter uidentur
Conuiuari in domo: accusaret uir
Turpia multa uidens, quicumq; sapiens accederet.

Huic autē rursus Telemachus prudēs cōtra effatus est.
Hospes, quando hae me interrogas, & uestigas,
Decebat quidem, olim Domus hae diuus inculpabilis,

A

I.

7

Esse donec etiam ille uir peregre erat,
Nunc autem aliter uoluerunt Dij mala consultantes,
Qui illum quidem ignobilem fecerunt supra omnes
Homines: quoniam non mortuo sic dolerem,
Si cum suis socijs occisus esset Troianorum in populo,
Vel amicorum in manibus, postquam bellum confecit.
Ob id ipsi sepulchrum fecissent omnes Achii,
Atq; etiā suo filio magna gloria peruenisset in posterū.
Nunc autem ipsum sine gloria Harpyiae sustulerunt.
Perijt incognitus, & nō auditus: mihi autē dolores luctusq;
Dereliquit: neq; item illum lugens deploro
Solum, quoniam mihi alios Dei malos dolores intulerūt.
Quotquot enim in sulis imperant optimates
Dulichioq;, Samaeq; & nemorose Zacintho,
Quotq; asperae Ithacae imperant,
Tot matrem meam ambiunt, exhauriunt autem domum:
Hae neq; negat odiosas nuptias, neq; finem
Facere potest, illi autem consumunt edentes
Domum meam, celeriter certe & me trucidabūt ipsum.

Hūc autē grauitè cōmiserata allocuta ē Pallas Minerua.
Heu uerè iandiu absentis Vlyssis
Indiges, qui in Procos impudentes manus immittat.
Si enim nunc ueniens Domus in primis ianuis
Staret habens galeam, & scutum, & duas hastas,
Talis existens, qualem ipsum ab initio cognoui
Domi nostrae bibentemq;, gaudentemq;,
Ex Ephyra uenientem ab Ilo Mermeridae,
Iuerat enim eò ueloci in nauī Vlysses,
Pharmacum homicidam querens, ut ei esset
Sagittas quo ungeret aere cōglutinatas: sed is quē nō ipsi



O D Y S S E A E

Dedit, quoniam Deos uerebatur semper existentes.
Sed pater ipsi dedit meus: (diligebat enim ualde)
Talis existens cum procijs conuersaretur Vlysses,
Oēs cito morituri essent, amarasq; haberent nuptias.
Sed sanè hæc deorum in genibus sita sunt,
An rediens ulciscatur, necnè,

Minerua iu- Suis in adibus, te autem considerare iubeo
bet Telemachum inuestigare patrem. Ut procos expellas ex adibus.
Eia age nunc intellige, & meam cura orationem
Cras in concione uocans Heroas Achiuos:
Sermonem dicito omnibus: Dei autem testes adsunto.
Procos quidem ad sua dispergi iube.
Matrem uero, si ipsi animus appetit nubere,
Rursus eat ad ædes patris ualde potentis:
Hi autem nuptias persciant, & preparabunt sponsalia
Multa ualde, quod decet charam in fillam sequi.
Te autem ipsum prudenter admonebo si parueris,
Nauem parans remigibus uiginti quæ sit optima,
Vade auditurus de patre diu absente,
Si aliquis tibi dixerit Mortaliū, uel famam audiueris
Ex Ioue, quæ maxime fert gloriam hominibus.
Primū quidē in Pylū uade, et iterroga Nestorē diuinum:
Inde autem in sparten ad flauum Menelawm:
Hic. n. ultimus regressus est Achiuorū arcā lorica hñtiū.
Siquidem Patris uitam & reditum audiueris,
Certe licet oppressus, adhuc tolerabis annum:
Si autem mortuum audiueris, neq; existentem,
Reuersus deinceps charam in patriam terram,
Sepulchrumq; ei excita, & exequias præbeto
Multas ualde quot par est, & uiro matrem dato.

A.

I.

8

Sed postquam iam hæc perfecrisq; atq; absolueris,
Considerato postea in mente & in animo,
Quomodo Procos in domibus tuis
Occidas, uel dolo, uel palam: neq; amplius te decet
Infantiam sapere: quoniam non amplius talis es.
An non audis qualem gloriam accepit diuinus Orestes
Omnibus ab hominibus, quoniam interfecit patricidam
Aegisthum dolosum, qui eius patrem inelytum occidit.
Et tu amice (ualde enim te uideo bonumq; magnumq;)
Fortis sis ut aliquis te, & apud posteros laudent.
Sed ego ad nauem uelocem nunc ibo,
Et socios, qui me ualde ægre ferunt expectantes:
Tibi autem ipsi sit cura, & meorū curā habeas uerborū.
Hanc rursus Telemachus prudens cōtrā allocutus est.
Hospes quidem hæc amica sapiens dicis
Tanquā Pater suo filio, & nunquā obliuiscar ipsorum.
Sed age nunc expectabis accelerans licet uiam,
Ut lotusq; delectatusq; charum in corde
Donum habens ad nauem eas gaudens in animo:
Pretiosum ualde pulchrum quod repositum erit
Ex me, cuiusmodi amici Hospites Hostibus dant.

Huic respondit postea Dea cæsia Minerua.
Ne me adhuc nunc detineas cupientem uia:
Donum autem quod mihi dare dilectum cor iubet,
Rursus redeunti dabis domum ferre,
Et ualde pulchrū accipiēs, tibi aut dignū erit remunerari
Hæc quidem sic effata abiit cæsia Minerua: (tione.
Et Auis tanquam Anopæa euolauit: huic uero in animo
Posuit robur & audaciā, meminisseq; fecit ipsum patriis
Magis etiam quàm antea, hic uero mentibus suis cogitans

Telemachi
loquendo ue-
recundia.

Obstupuit animo: putauit enim Deum esse,
 Phemius ca- Statim autem Procos adiuu simulis Deo uir.
 nit reditū A= His autem cantor canebat ualde inclytus, qui cū silentio
 chororum. eca Sedebant audientes. is Achiuorum reditum canebat
 Lugubrem, quem ex Troia iussit Pallas Minerua.
 Huius ex penetralibus mentibus audiuit diuinum cantū
 Filia Icarij prudens Penelope,
 Ex scalisq; altis descendit suæ domus,
 Non sola simul hanc & famula due sequebantur:
 Quæ quādo iam ad Procos uenit diuina inter mulieres,
 Stetit ad limen Aulae affabrè factæ,
 Ante genas habens pulchras uittas.
 Famula autem ei sedula utrinq; astiuit.
 Lachrymans autem postea allocuta est diuinū cantorem.
 Phemie, multa enim alia hominum mulcimenta nosti,
 Gesta uirorumq; deorumq; que laudant Cantores,
 Horum aliquod ipsis canens asidens: isti autem cum silētio
 Vinum bibant: ab hoc autem desiste cantu
 Lugubri, qui mihi semper in pectoribus charum cor
 Sollicitat, quoniā ad me maxime puenit dolor itolerabilis.
 Tale enim caput desydere recordans semper
 Virt, cuius gloria lata in Grecia & media Peloponesso.
 Hanc rursus Telemachus prudens cōtra allocutus est.
 Mater mea cur agrefers amabilem cantorem?
 Delectare ī qbuscūq; ubi ipsius aīus mouetur, nequaquā
 Authores, sed Iupiter in causa, qui dat (cantores
 Viris inuentoribus, sicut uult, unicusq;
 Huic non accusatio Danaorum malum fatum canere:
 Hunc enim cantum magis laudant homines,
 Qui audientibus nouissimus sit:

Penelope
 Phemio

Telemachus
 Penelope ma
 tri

Tibi

Tibi autem non ægre ferat cor & animus audire.
 Non enim Vlysses solus amisit reditus diem,
 In Troia multi etiam alij uiri periere.
 Sed in domum iens tuipsius opera cures,
 Telamq; columq; & ancillis iube
 Opus adire: oratio autem uiris curæ crit
 Omnibus, maxime autē mihi. huius. n. impiū ē in domo.
 Hec quidem admirata rursus domum ascendit,
 Filij enim orationem prudentem immisit in animum,
 Ad penetralia autem ascendens cum ancillis fœminis
 Flebat postea Vlyssē dilectū Maritū, donec ei somnum
 Dulcem in palpebras immisit cæstia Minerua.
 Proci autem obstrepebant per domum opacam,
 Omnes autem uolebant in lectis discumbere.
 His autem Telemachus prudens orsus est sermonem.
 Matris meæ Proci maximam iniuriam inferentes,
 Nunc quidem conuiuantes delectemur, neq; clamor
 Esto, quoniam hoc bonum audire est cantorem
 Talem, qualis hic est deis similis uoce:
 Mane autem ad contionem sedebimus cuntes
 Omnes, ut uobis uerba intrepide faciam
 Exite ex ædibus: alias autem curate epulas,
 Vestras possessiones comedētes, alternantes p domos.
 Si autem uobis uidetur hoc honestius & melius
 Esse, uiri unius uictum impunem consumere,
 Consumite, ego autem Deos inuocabo sempiternos,
 Si unquā Iupiter dabit uicissim puniendā facta fieri,
 Impunes postea intra domos pereatis.
 Sic dixit. Hi omnes mordicus labra tenentes
 Telemachum admirabantur, qui audacter locutus est.

Telemachus
 Procos iubet
 domo excede
 re.

Hom. Odyss.

B.



ODYSSEAE

Hunc item Antinous allocutus est Eupitheï filius.

Telemache certe ualde te docent Dij ipsi
Altiloquum esse, & audacter loqui.

Ne te in circumflua Ithaca Regem Saturnius
Faciât, quod proli paternum est.

Hunc rursus Telemachus prudens contra allocutus est.

Antinoë licet me admiraberis quodcumq; dicam,
Et hoc uellem Ioue dante adipisci.

An dicis hoc pessimum inter homines fieri?
Non enim malum regnare statimq; illi domus
Diues est, & honoratior ipse.

Sed Reges achiuorum sunt, & alij
Multi in circumflua Ithaca Iuuenes & senes.

Horum aliquis hoc habebit quando quidē mortuus est
Sed ego domus rex ero nostra, (Dius Vlysses.

Et seruorum, quos mihi dedit ex præda Dius Vlysses.

Eurymachus
Telemacho.

Hunc itē Eury machus Polybi filius cōtra allocutus est.

Telemache, hæc deorum in genibus posita sunt,
Qui in circumflua Ithaca regnabit Achiuorum:

Possessiones autē ipse habeas, et domibus tuis imperes.
Non enim is ueniat uir qui te inuito per uim

Possessiones uastauerit in Ithaca adhuc habitata.
Sed uolo te optime de hospite interrogare,

Vnde hic uir, ex qua autem dicit esse
Terra, ubi & ipsius genus & patria terra:

An tibi nuntium patris ferat uenientis,
An suam ipsius utilitatem desiderans huc uenit.

Quomodo surgens statim abiit, neque passus est
Cognosci: non enim Malo in uultu similis uidebatur.

Telemachus Hunc rursus Telemachus prudens contra allocutus est.

A I.

Eurymacho.

Eurymache, reditus perijt Patris mei:
Non itaque nuncios interrogo sicunde ueniat,
Neque uaticinium curo, quod nescio, quem Mater
In domum cum uocasset uatem interrogauit.

Hospes autem hic meus paternus ex Tapho est,
Mentes Anchiali prudentis gloriatur esse filius:
Sed Taphijs amatoribus remigij imperat.

Sic dixit Telemachus: in aō at̄ immortalē Deā cognouit.

Hi ad saltatoremq; & suauem cantum
Conuersi gaudebat: expectabat autē hesperū aduenire.
His autem gaudentibus nigra uespera aduenit.

Tunc dormidurientes iuerunt domum unusquisque.
Telemachus autē, ubi eius thalamus perpulchri atrij

Altus edificatus erat conspicuo in loco,
Illuc iuit, in lectum multa in animo uersans.

Huc simul accensas faces portabat grata sciens
Euryclea Opis filia Piferonide,

Euryclea nu
trix.

Quam olim Laërtes emitt possessionibus suis
In pubertate adhuc exiit, uiginti at̄ boū pretiū dedit.

Aequē autē ipsa sapiētē uxore honorauit in domibus.
Lecto autē nūquā mixtus est: irā nāq; fugiebat uxoris.

Hec ipsi simul ardētes faces ferebat: & ipsū maxime
Præter cæteras ancillas diligebat: et nutriuit parvulū

Aperuit autem ianuas thalami affabre facti, (exiitē.
Sedit autem in lecto, mollemq; exiit uestem,

Et hanc uetule prudentis iniecit manibus,
Que hanc plicans & curans uestem

Clauo appendens iuxta perforatos lectos
Perrexit autē ire ex thalamo, ianuamq; traxit annulo

Argenteo, obicem uero extendit loro.



O D Y S S E A E

Tunc hic per totam noctem coopertus ouis pelle
Voluebat animo iter quod dixit Minerua.

ARGUMENTVM. B. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Congregans concilium Telemachus præcipit Procis exire do-
mo Vlyſſis. Accipiens autem ab Euryclea ad peregrinatio-
nem necessaria, a Minerua autem sociosq; & nauem in nauig-
ationem exit Sole occidente.

O D Y S S E A E. B. HOMERI
COMPOSITIONIS.

B. Concionem habet, uatica Vetula, nauigationem
cum Minerua.



VANDO autem diluculum gene-
rans apparuit rosea Aurora,
Surrexit ex lecto Vlyſſis dilectus fi-
lius,
Vestem indutus, ensẽ autem acu-
tum circumposuit humero,

Sub pedibus uero pulchris ligauit bona calciamenta.
Perrexit autem ire ex thalamo Deo similis contra.
Statim autem præconibus canoris inſit
Vocare ad concionem capite crinitos Achiuos.

Hi quidem uocarũt, hi autẽ cõgregati sunt ualde cito.
Sed postq; cõgregati sunt, simulq; coadunati fuerunt.
Perrexit ire in cõcionẽ, manu autẽ tenebat arcã hastã,
Non solus, simul hunc duo canes ueloces sequebãtur:
Diuinam autem huic gratiam infudit Minerua.

Conuocantur
Achiui.

B

II.

ii

Hunc omnis populus aduenientem admirabatur.
Sedit autem in patris sede, cesserunt autem senes:
Inter hos deinde Heros Aegyptius cepit concionari, Heros Aegy-
ptius.
Qui iam senectute incuruus erat, & multa sciebat.
Etenim huius dilectus filius cum diuino Vlyſſe
Ad Troiã bonos equos pducẽtẽ iuit cõcauis i nauibus
Antiphus pugnax: hunc ferus interfecit Cyclops
In spelunca concaua, ultimam autem parauit coenam.
Tres autem ipsi alij erant, & cũ Procis cõuersabatur
Eurynomus: duo autẽ semper curabãt paterna opera.
Sed neq; sic huius oblitus est lugens & dolens.
His hic lachrymans concionatus est, & interlocutus.
Audite me nunc Ithacenses quod dicam.
Nunquam nostrũ concilium factum est, neq; confessus
Ex quo Vlyſſes diuinus iuit cauatis in nauibus.
Nũc autẽ qsnã sic cõegit: in quẽ necessitas tãta uenit?
Vel iuuenum uirorum, uel qui maiores natu sunt?
An aliquid nuncium exercitus audiuit uenientis?
Quod nobis aperte dicat quando prior audiuerit?
An aliquid populare aliud dicit & concionatur?
Bonus mihi uidetur esse adiutor: utinam ei ipsi
Iupiter perficiat quodcuq; mentibus suis cogitat.
Sic dixit. Letabatur autem laude Vlyſſis dilectus filius. Pisenor præ-
Neq; igitur diu sedit: promptus autem fuit cõcionari. co.
Stetit autẽ in medio cõcilio: sceptrum autẽ sibi iniicit
Præco Pisenor prudentia consilia sciens (manu
Primum: postea senem accedens allocutus est. concionatur,
Primus: postea senem accedens allocutus est. & suam for-
Senex non longe hic uir, celeriter autem scies ipse: tunã Acheis
Etenim populum cõgregauit: maxime autẽ me dolor in xponit.
Neq; aliqũe nuntiuẽ exercitus audiui uenientis. e
quadit.

B ij



O D Y S S E A E

Quod uobis manifeste dicā, quando prior audiuerim,
Neque aliquid populare aliud dico, neq; concionor.
Sed meā ipsi⁹ necessitatē, qđ mihi malū icidit ī domo
Bifariā. Primū quidē Patrē bonū amisi, qui quōdā in
Ipsos regnauit, Pater at̄ ualde benignus erat. (ter uos
Nūc aut̄ rursus & multo maius, qđ iā cito domo oēm
Funditus uastabit: uitam autem omnino destruet.
Ad Matrem meam Proci ui uenerunt nolentem,
Horum uiuorum dilecti filij qui hic sunt optimates,
Qui patris quidem in domum timent ire
Icarij, ut ipse dotet filiam.
Det autem cui uelit: & ipsi gratificatus ueniat.
Hi uero ad nostram uenientes diebus omnibus
Boues mactantes, & oues, & pingues capras,
Conuiuuntur magnificē, bibuntq; nigrum uinum
Incassum: hęc aut̄ multa absumuntur. non. n. adest uir
Qualis Vlysses fuit damnū a domo propulsare.
Nos aut̄ nō tales sumus ut repellamus certe, & postea
Imbellesq; sumus, & non docti fortitudinem,
Saneq; expellerem si mihi uires aessent.
Nō. n. hucusq; tolerabilia opa facta sunt, neq; itē bene
Domus mea destructa est: reprehendamini & ipsi,
Alios uereamini circumuicinos homines
Qui circum habitant. Deorum autem timete iram,
Ne conuertant irati mala opera.
Supplico, & per Iouem cęlestem, & Themis Deam,
Que uirorum concilia & soluit, & sedere facit:
Abstinetē amici: & me solum finite dolore graui
Confici: nisi Pater meus bonus Vlysses
Iratu mala fecit fortibus Achiuis.

B A T C II.

12

Hęc mihi rependentes mala facitis irati
Hos concitantes: mihi autem Lucrum sit
Vos comedere opesq; prouentumq;
Si & uos comedatis: fors an olim ultio erit:
Tandiu enim in ciuitate non se uingemur colloquio
Bona nostra repentes, donec omnia reddantur.
Nunc autem mihi frustra dolores iniicitis in animū.
Sic dixit iratus: sceptrum autē iecit in terrā, (puliū oēm.
Lachrymarū fontes emittēs: misericordia at̄ cepit po
Tūc alij quidē oēs cū silētio erāt, neq; aliquis poterat
Telemacho uerbis respondere grauibus.
Antinous autem ipsum solus respōdens allocutus est.
Telemache altiloque irę incontinens quid dixisti
Nos dedecorans: uis autem ignominiam asserre.
Tibi uero nequaquam Proci Achiuorū in causa sunt:
Sed dilecta Mater, que astutias scit.
Iam. n. tertius est annus, cito & aderit quartus,
Ex quo angit animum in pectoribus grecorum,
Omnes quidē sperare faciūt, et promittit uiro unicuiq;
Nuncios pręmittens. mens autem eius alia cogitat:
Et dolum hunc alium in mentibus excogitauit,
Statuens magnam telam in aedibus texebat,
Tenuem & immensam: statim autem nos allocuta est.
Iuuenes mihi Proci, quoniam mortuus ē Dius Vlysses,
Manete urgentes meas nuptias donec uestem
Perfecero, ne mihi uana fila perdantur,
Lęerti heroi funebrem quando ipsum
Parca perniciofa abstulerit aspera morte,
Nequa me in populo Achearum repręhendat,
Si sine ueste iaceat multa possidens.

Antinoi re
sponso et re
censet Pene
lopes dolos.

Penelopes er
ga procos do
li.



O D Y S S E A E

Sic dixit nobis aut rursus persuasus est aius uirilis.
Tunc & interdu quidem texebat magnam telam,
Nocte autem dissoluebat postquam faces apposuerat:
Sic triennium quidem iuit dolo, & suasit achinos.
Sed quando quartus uenit annus & aduentarunt tempora
Et tunc iam quaedam dixit mulierum quae manifeste cogno
Et hanc soluentem inuenimus pulchram telam. (uerat,
Sic hoc quidem perfecit, & uoles propter necessitate.
Tibi autem sic Proci respondent, ut scias
Ipse tuo in animo, sciant & omnes achiui.
Matrem tuam remitte, iube & ipsam nubere
Huic cuiumque, Pater iubet, & placet ipsi.
Si autem etiam anget multo tempore filios achiuorum,
Et concipiens animo quae ipsi dedit Minerua
Operaque, callere perpulchra, & mentes bonas,
Astutiasque, quales nodum aliquam audimus neque antiquarum
Harum qua aeta fuerunt pulchros crimes habentes Achaee,
Tiroque, Alcmenaque, pulchricomaque, Mycene,
Harum nulla similes intellectus Penelope
Sciuit: sed quidem hoc utile non intellexit.
Tandiu enim uaticumque, tuum & possessiones edent,
Quandiu illa hunc habuerit animum, quem ei nunc
In pectoribus ponunt Dij: magna quidem gloria ipsi
Futurum, sed tibi desiderium multi uaticum.
Nos autem neque, ad opera prius ibimus, neque, alio,
Quam ipsa nupserit achiuorum cui uoluerit.

Telemachus Hunc rursus Telemachus prudens contra allocutus est. ter
Antinoos. Antinoos non licet domibus inuitam expellere (rarum
Quae me peperit, quae me nutriuit: Pater autem meus alibi
Viuit, uel mortuus est, malum autem me multa reddere

Icaro si ipse ego Matrem expulero.
Ex Patre enim mala patiar: alia autem fortuna
Dabit, quoniam Mater odiosas imprecabitur Erinnes
Domo abiens. reprehensio autem mihi ab hominibus
Erit, quare non hoc ego unquam uerbum dicam.
Vester autem siquidem animus indignabitur istis
Exite ex meis aedibus, alia autem curate conuiuia,
Vestras possessiones edentes, alternantes inuicem per domos.
Si autem uobis uidetur hoc satius & melius
Esse uiri unius uaticum impunem perdere,
Perdite, ego autem Deos inuocabo sempiternos.
Si Iupiter dabit uicissim punienda opera fieri,
Impunes postea domos intra pereatis.
Sic dixit Telemachus. Huic autem Aquilas late aspiciens **Augurium**
Ex alto uertice montis praemisit uolare, (Iupiter
Hic interim uolabant cum aura uenti
Propinqua inuicem extendentes alas.
Sed quando ad medium concilij illustris peruenere,
Tunc circumuolutae concusserunt pennas multas,
Et inspexerunt omnium capita: augurabantur autem caedem,
Lacerantes autem unguibus maxillas circumque collum
Dextrae impetum fecerunt per domos & per ciuitatem ipsorum.
Stupuerunt autem, aues postquam uiderunt oculis:
Voluebant autem animo quae perfici debebant.
Inter hos autem uerba fecit senex Heros Alitherses **Alitherses**
Mastorides. hic enim solus ex coetu coetaneorum curauit **uates.**
Aues cognoscere, & uaticinia loqui,
Qui ipsis bene sentiens coeionatus est, et interlocutus.
Audite iam nunc me Ithacenses quicquid dicam.
Proci autem maxime significans haec duco.



O D Y S S E A E

In hos.n.magna calamitas uoluitur: non.n.Vlyffes
Diu longe ab amicis suis erit: sed iam
Propè existens his cadem & mortem parat
Omnibus, multis & alijs damnum erit,
Qui habitamus Ithacā ad meridiē sitā: sed multo prius
Consultemus ut pacificemur, & ipsi ^{(ut}
Pacifcemini: etenim uobis statim hoc melius est.
Non enim ignarus uaticinor sed bene sciens.
Etenim illi dico perfectum iri omnia
Quæadmodū ipsi dicebam quando Troiam adiuerunt
Argiui, cum autem ipsis iuit prudens Vlyffes.
Dixi multa mala passurū, amissurumq; omnes socios.
Ignotum omnibus uigesimo anno
Domum uenturum. hæc iam nunc omnia absoluūtur.
Huic rursus Eurymachus Polybi filius cōtra locutus est.
O Senex age nunc uaticinare tuis filijs
Domum iens, ne aliquod malum patiātur in futurum.
Hæc autem ego te multo melior uaticinari.
Aues autem & multe sub splendore solis
Eunt: neque omnes diuina. sed Vlyffes
Perijt: sic & tu perijisse cum illo
Debueras: non utiq; tot uaticinans concionatus esses:
Neque Telemacho irato sic persuaderes,
Tua domi donum expectans si præbuerit.
Sed tibi dico, (hoc & perfectum erit.)
Si iuniorem uirum antiquaq; multaq; sciens
Decipiens uerbis impuleris irasci,
Ipsi quidem primum grauius erit:
Facere tamen nequicquam poterit gratia horum:
Tibi autem Senex poenam ingeremus, quam in animo

Eurymachus
uaticiniū ab=
dicat.

B I I.

14

Quorundam egreferes: grauis autem tibi erit dolor.
Telemachum autem in omnibus ego admonebo ipse,
Matrem suam ad Patris domum iubeat abire:
Hi & nuptias facient, & præparabunt sponsalia
Multa ualde quot par est dilecta in filia sequi.
Non enim prius desituros puto filios Achiuorum
Ab ambitioe cōiugij difficili: qm̄ neq; aliq̄e timemus
Neq; utiq; Telemachu ualde quīs eloq̄ntē exñtē, (tū
Neq; uaticiniū curamus, quod tu senex
Loqueris imperfectum: es autem odio etiam magis.
Opes aut rursus male comedētur, neq; unquā æquales
Erunt, quousque hæc demoratur grecos
In suis nuptijs, nos aut rursus admissi diebus omnibus
De uirtute contendimus: neque ad alias
Imus, quas æquum ducere est unicuique.
Hunc rursus Telemachus prudens contra locutus est.
Eurimache, & alij quotquot est is Proci illustres,
Hæc quidem non uos amplius rogo, neque concionor:
Iam enim hæc sciunt Dij, & omnes Achiui.
Sed age mihi date nauem uelocem, & uiginti socios,
Qui mihi hic & hic secent uiam.
Vado enim ad spartamq; & ad Pylum arenosam
Reditum sciscitaturus Patris diu absentis:
Si quis mihi dicat hominum, uel uocem audiam
Ex loue quæ maxime affert gloriam hominibus,
Siquidem Patris uitam & reditum audiuero,
Certe uexatus etiam tolerare annum:
Si aut mortuum audiuero, neq; amplius existentem,
Rediens autem postea dilectam in patriam terram
Tumulum ei excitabo, & exequias faciam

Telemachus
prociis



ODYSSEAE

Multas ualde quot decet, & uiro Matrem dabo.
Certe hic sic factus sedit: his autem surrexit
Mentor, qui Vlyssis nobilis fuit socius,
Et ipsi iens ad naues commisit domum totam,
Obedireq; Seni, & rata omnia seruare:
Qui ipsis bene sentiēs cōcionatus est, & iterlocutus.
Audite iam nunc me Itacenses quod dicam,
Nullus amplius prudens, bonus, & clemens esto
Sceptryger Rex, neq; mentibus iusta sciens,
Sed semper difficilisq; sic & iniqua faciat,
Quia nullus meminit Vlyssis diuini
Ex populis quibus imperauit. Pater autē ualde clemens
Sed certe Procos superbos nequaquam odi (fuit.
Facere opera uiolenta prauis cogitationibus mentis.
Propria enim deponentes capita comedunt uiolenter
Domum Vlyssis: hunc non amplius dicunt redire.
Nunc uero alij populo succenseo qualiter omnes
Sedetis taciti: sed neq; impropertantes uerbis
Paucos Procos prohibetis multi existentes.

Huic autem Euenorides Liocritus contra locutus est.

Liocritus
Mentori.

Mentor maledice mente stolidā quale dixisti:
Nos impellens sedare: difficile autem
Cum uiris & pluribus pugnare pro cibo.
Si. n. Vlysses Ithacensis ipse adueniens
Conuiuantes in domo sua Procos illustres
Expellere domo cogitaret in animo,
Non ipsi letaretur uxor ualde desiderans
uententem, sed suam inuitabilem mortem adiret,
Si pluribus pugnaret: tu autem non ut decuit, dixisti
Sed age populi quōdē dispagamini ad opera unusquisq;

B

II.

15

Huic autem suadeat Mentor uiam & Alitherses,
Qui ei à principio paternij sunt socij.
Sed puto & diu sedens nuncios
Audiet in Ithaca: absoluet autem uiam nunquā hanc.
Sic dixit. soluit autem concionem citam.

Hi quidem sparsi sunt suas ad domos unusquisq;
Proci autem ad domos iuerunt diuini Vlyssis,
Telemachus autem seorsum iens ad littus maris, Telemachus
Manus lotus in spumoso mari precatur Mineruam. Mineruā pre
Audi me qui externus Deus uenisti nostram domum, catur.
Et me in naui iussisti ad nigrum Mare
Reditum sciscitaturum Patris diu absentis
Venire. hęc autem omnia demorantur Achii,
Proci autem maxime male superbientes.

Sic dixit precatus, de pximo autē ad ipsū uenit Minerua
Mentori a similitudine & corpore & uoce,
Et ipsum compellans uerba uelocia dixit.
Telemache, neq; in futurum malus eris, neq; imprudens,
Si iam tibi tui Patris instilatum est robur bonum,
Minerua sub
Mētoris per-
sona iter pro
perare horta
tur.

Qualis ille erat peragere opusq; uerbumq;
Nec tibi postea uana uia erit, neq; imperfecta.
Si autem illius non es filius & Penelopes,
Non te posthac spero perfecturum quę cogitas.
P A V C I enim filij similes patri sunt,
Plures peiores, pauci autem patre meliores.
Sed quoniā neq; in futurū malus eris, neq; imprudens,
Neq; te omnino prudentia Vlyssis deseruit,
Spes tibi posthac absoluere hęc opera.
Ob id nūc Procorum quidem sine consiliūq; mentēq;
Inspicientium, quoniam non sapientes neq; iusti,

Perpauci fi-
lij a similitu-
tur patri.



ODYSSEAE

Farina ē me-
dulla uirorū.

Antinous Te-
lemacho.

Rūdet Tele-
machus

Neq; etiam sciunt mortem & parcam nigram,
 Quae iam ipsis prope est uno die omnes perdere.
 Tibi autem uia non diu aberit quam tu cogitas,
 Talis enim tibi socius ego paternus sum,
 Qui tibi nauem uelocem paro, & simul sequar ipse.
 Sed tu quidē ad aedes profectus cum Proci's cōuersare:
 Para uaticā, & uasibus coapta omnia,
 Vinum in amphoris, & farinas nutrimentū uirorum
 Pellibus in solidis: ego autem in populo socios
 Statim uoluntarios colligam: sunt autem naues
 Multae in circumflua Ithaca nouae & ueteres:
 Harum quidem tibi inspiciam quae optima:
 Statim autem parantes immitemus ad latum pontū.
 Sic dixit Minerva filia Iouis: neque diu
 Telemachus permansit postquam Dei audiuit uocē.
 Perrexit autem ire ad domum charo turbatus corde,
 Inuenit autem Procos superbes in adibus
 Capras excoctas, suillosq; pingues torretes in atrio
 Antinous autem rectā ridens iuit ad Telemachum,
 Et tetigit illum manu, uerbumq; dixit, & cōpellauit.
 Telemache alitloque irae intolerabilis, neq; tibi aliud
 In pectoribus malum curae sit, opusq; uerbumq;
 Sed ualde comedamus & bibamus sicut aeta.
 Haec autem tibi ualde omnia peragent Achiu,
 Nauem & delectos remiges ut citius eas
 In Pylum diuinam ad inelyti Patris inquisitionem.
 Hūc autē rursus Telemachus prudēs contra allocutus est.
 Antinoē non aliquo modo est superbis uobiscum
 Conuiuari inuitum, & letari tacitum.
 An non satis qd' antea cōsumpsistis multas & bonas

Res meas, Proci: ego autem adhuc paruus eram:
 Nūc at quādo iā magnus sum, & aliorū uerbu' audies
 Sapio, & iam mihi augetur intus animus:
 Tentabo, ut uobis malam mortem immittam,
 Vel ad Pylum iens, uel hic hoc in populo.
 Eo quidem, neque uana uia erit quam dico,
 Mercator non enim nauis ductor, neque remigum
 Fio, ut uobis uisum est utile esse.
 Dixit: & ex manu manum euulsit Antinoi
 Facile. Proci autem in domo conuiuium curabant.
 Hi autem cauillabant, & conuiciabantur uerbis.
 Sic autem aliquis dixit Iuuenum superborum:
 Certe ualde Telemachus eadem nobis meditatur,
 Vel aliquos ex Pylo ducet adiutores harenosa,
 Vel etiam ex Sparta, quoniam festinat ualde,
 Vel & in Ephyrem uult letam terram
 Proficisci, ut illinc perniciofa medicamenta ferat.
 Immittat autem in craterem, & nos omnes perdat.
 Alius autem rursus dixit Iuuenum superborum:
 Quis autem scit an & ipse profectus concava in nauī
 Longe ab amicis pereat, errans sicut Ulysses.
 Sic et magis augeat laborem nobis:
 Possessiones enim omnes diuideremus: domos autem
 Huius Matri daremus hēre: et quicūq; i uxorē duceret.
 Sic dixerūt. Hic autē in p̄fundū promptuariū descendit Pa-
 Latum ubi accumulatu' aurū & aes positū erat, (tris
 Vestisq; in loculis, satisq; odoriferum oleum:
 Intus autem dolia uini ueteris dulcis potus
 Erant, purum diuinum potum intus continentēs,
 Ex ordine apud parietem coaptata, si unquā Ulysses

Min. & Tele-
chi aduersus
procos

Cauilla pro-
corū in Tele-
machum nau-
ugaturum.



ODYSSEAE

Domum rediret & dolores multos passus.
 Obvallatæ autem ianue prudenter compactæ.
 Bisfores: intus aut Mulier proma noctesq; & dies
 Erat, quæ omnia seruabat mentis multa peritia
 Euryclea Opis filia Pisenoride.
 Hæc tunc Telemachus allocutus est in cubiculū uocans.
 Obstetrix, age iam mihi uinum in amphoris hauri
 Dulce, quodcunq; post hoc dulcius, quod tu seruas
 Illum sperans infelicem sicunde ueniat
 Generosus Vlysses, mortem & fata fugiens,
 Duodecim autem imple, & operculis apta omnia,
 Mihi autem farinas immite bene consutis utris,
 Viginti autem sint mensuræ molitæ farinæ cibi.
 Ipsa autem sola scias: & hæc simul oia præparata sint.
 Vespertinus enim ego tollam, quando iam
 Mater in penetralia ascenderit, lectiq; curam habuerit.
 Vado n ad Spartem & ad Pylum harenosam,
 Reditum sciscitaturus Patris dilecti sicubi audiam.
 Sic dixit. Fleuit autem dilectæ nutrix Euryclea,
 Et lugens uerba pennata dixit.
 Cur autem tibi chare fili in mentes hæc cogitatio
 Venit, quo autem uis ire ad multam terram
 Solus existēs charissimus, hic aut perijt longe à patria
 Nobilis Vlysses alieno in populo.
 Hi aut tibi statim eunti mala consultabunt in futurum
 Ut dolo pereas: hæc autem omnia sibi diuident.
 Sed mane hic inter tuos sedens, neq; te oportet.
 Pontum ad indomitum mala pati neq; errare.
 Hanc rursus Telemachus prudens contra locutus est.
 Confide obstetrix, quoniã non sine Deo hoc consilium.

Telemachus Eurycleæ nutrici.

Viaticum paratur nauigatur Telemacho.

Euryclea respondet.

Solatur Telemachus Eurycleam.

Sed

B I I.

Sed iura non Matri dilectæ hæc dicturam
 Ante, quando undecimq; duodecimq; dies fuerit,
 Quam ipsa cupiet, & profectum audiet,
 Ne flens corpus pulchrum ledat.
 Sic dixit. Anus autem Deorū magnū iusurādū iurauit:
 Sed postquam iurauitq; perfecitq; iusurandum
 Statim postea ipsi uinum in amphoris hausit,
 Sibiq; farinas insudit in bene consutas pelles.
 Telemachus autem in ædes ueniens cū Procis conuersabatur.
 Tunc rursus alia cogitauit Dea cæsia Minerua, (tur.
 Telemacho autem similis in ciuitate ibat passim,
 Et unicuiq; uiro assistens faciebat uerba:
 Vespertinos autem in nauem uelocem congregari iussit.
 Hæc rursus Phronij prudentem Phædmiū filium
 Petebat nauem celerem, hic autem ei promptus promisit.
 Occidebat Sol, in umbrabanturq; omnes uie.
 Et tunc nauem celerē in mare deduxit: omnia autem in ipsa
 Armamenta posuit, quæ naues bene tabulatæ portant:
 Statuit autem in ultima parte portus, circū autem boni socij
 Simul cōgregati sunt, Dea aut hortata est unumquengq;.
 Tunc alia cogitauit Dea cæsia Minerua.
 Perrexerunt autem ire ad ædes Vlyssis diuini.
 Tunc Procis dulcem somnum insudit:
 Errare autem fecit bibentes: manibus autem eiecit pocula:
 Hi autem cubitum iuerunt per urbem, neq; item diu
 Sederunt, quoniam ipsis somnus in palpebras cadebat.
 Sed Telemachum allocuta est cæsia Minerua
 Euocans ex ædibus bene habitatis,
 Mentori a similita & corpore & uoce.
 Telemache iam tibi fortes socij
 Hom. Odyss.

Minerue sollicitudo

C



O D Y S S E A E

Sedent remiges tuum expectantes discessum:
Sed camus, ne multum differamus uiam.

Sic locuta ante ibat Pallas Minerva
Velociter, hic autem deinceps post uestigia ibat Dea.
Sed postquam ad nauem deuenerunt & mare,
Inuenere postea in littore crinitos socios:

Telemachus
socijs.

His autem & dixit sacra uis Telemachi.
Venite amici, uiatice portemus: omnia enim nunc
Congregata in domo: mater autem mea nihil scit.
Neq; alie serue: una autem sola uerbum audiuit.

Sic dicens praeiuit: hi autem simul secuti sunt,
Hi autem simul omnia portantes ad elegantem nauim
Deposuerunt, sicut iussit Vlyssis dilectus filius.
Telemachus autem nauim cōscendit: praeerat autē Miner
Nauis autem in pupi sedit, & iuxta ipsam (uas:
Sedit Telemachus, hi autem fines soluerunt:
Et ipsi euntes in transtris sedebant:

Telemachus
nauiga: Py=
lum.

His autē impellētē prosperū uentū immisit caesia Minerva
Purum Zephyrum resonantem ad caeruleum pontum.
Telemachus autem socios hortatus iussit
Arma capefcere, hi autem hortanti auscultauerunt.
Malum autem abiegnum concauum intra tabulatum
Statuerunt eleuantes, rudentibus autem ligauerunt:
Traxerunt autem uela alba tortis rudentibus.
Inflauit autem uetus medium uelum: circum autem unda
Carinam caerulea ualde resonabat nauis eunte.
Haec autem currebat per undam sulcans uiam:
Ligantes autem arma mēta uelocem supra nauim nigram
Statuerunt crateras coronatas uino:
Libauerunt autē immortalibus Deis semper existētibus:

I I I I.

18

Et omnium maxime Ioui caesia filiae.
Noctu sanē haec, & die transibat per uiam.

ARGVMENTVM. I. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Telemachus euntem cum Minerva hospitatur Nestor: &
narrat ipsi quae acciderunt graecis: & ex Troia nauigationem.
Audiens autem ea quae acciderant circa Procos, & cognoscens
Minerua in abeundo, sacrificium ipsi peragit. Accipiens au-
tem Telemachus curram cum Pisistrato Nestoris filio, in Spar-
tam abit: nocte autem superueniente hospitatur a Diocle apud
Pheras.

O D Y S S E A E. I. HOMERI
COMPOSITIONIS.

In I. Nestor suscepit. Abijt autem hic cum filio. Dea
autem uolauit.



Ol autem exilijs relinquens per-
pulchrum stagnum
Celum ad solidum, ut immortalibus
appareret,
Et mortalibus hominibus ad alen-
tem Terram.

Hi autem Pylum Nelei bene aedificatam urbem
Peruenerunt: hi autem in littore maris sacra faciebant
Taurus totos nigros Neptuno caeruleo capillicio.
Nouem autem sedes erant, quingenti autem in unaquaq;
Sedebant, & ante habebant in unaquaq; nouem tauros.
Tunc hi intestina comedebāt: Deo autē ilia cōbuebant.

C ij



Ninerea
Telemacho

Telemachus
Minerue

Recipiuntur
hospitio.
Pisistrati er-
ga peregri-
nos humani-
tas.

ODYSSEAE

Hi autē rectā subiere portū & uela nauis equalis (ipfi.
 Contraxerunt eleuātes: hāc autē firmauerūt, & exiuerunt
 At uero Telemachus ē nauī descendit: praeerat autem Mi-
 Hunc prior allocuta est Dea caesia Minerua (nerua.
 Telemache nō quā tibi opus est amplius uerecūdia, neq;
 Huius n. gratia & pontū nauigasti ut discas (minimum:
 Patrem ubi occultet terra, & quam mortem secutus est.
 Sed age nunc rectā uade ad Nestorem bellicosum,
 Ut scimus quod consilium in pectoribus occultat:
 Roges autem ipsum ut uera dicat:
 Mendacium autem non dicet, ualde enim prudens est.
 Hanc rursus Telemachus prudens contra allocutus est.
 Mentor quomodo ibo, & quomodo salutabo ipsum,
 Nondum uerbis sum exercitus prudentibus.
 PVDOR autē Iuuenem, uirum Seniore in interrogare.
 Hunc rursus allocuta est Dea caesia Minerua.
 Telemache alia quidem ipse in mentibus tuis cogitabis,
 Alia autem & Deus suggeret: non enim puto
 Te Deorum sine uoluntate genitum esse, nutritumq;
 Sic locuta praebat Pallas Minerua
 Cito, hic deinde post uestigia ibat Deae:
 Peruenerunt autē ad Pyliorum uirorū coetum & sedes:
 Vbi Nestor sedebat cum filijs, circum autē amici (bant,
 Conuiuium preparātes carnes assabant, aliasq; transfige-
 Hi igitur postquam hospites uiderūt, cōgregati uenerunt
 Manibusq; salutare, & sedere iusserunt. (omnes,
 Primus Nestorides Pisistratus iuxta accedens
 Amborum praehendit manū, & sedere fecit ad cōuiuium
 Pellibus in mollibus supra arenas marinas,
 Apudq; fratrem Thrasymedem, & Patrem suum.

I III.

Dedit autem uiscerum partes, & uinum infudit
 Aureo in poculo, honorans autem allocutus est
 Pallada Mineruam filiam Iouis aegida habentis.
 Supplica nunc o hospes Neptuno regi,
 Huius enim in epulas incidistis huc uenientes:
 Sed postq; libauerisq; & supplicaueris sicut iustum est,
 Dato & huic postea poculum dulcis uini
 Libare, quoniam & hunc puto immortalibus
 ,, Vota facere. OMNES autē Deorū ope indigēt hoies.
 Sed iunior est, & coeuitas mihi cum illo,
 Huius gratia tibi priori dabo aureum poculum.
 Sic fatus, in manibus posuit poculum dulcis uini.
 Gaudebat autem Minerua prudenti uiro & iusto,
 Quoniam ei priori dedit aureum poculum.
 Statim autem precata est multum Neptunum Regem.
 Audi Neptune terram continens, neq; oderis
 Nobis supplicantibus perficere haec opera.
 Nestori quidem primum & filijs gloriam praebē,
 Sed postea alijs da gratam retributionem
 Omnibus Pylijs inclytæ hecatombē:
 Da itē Telemachū & me postq; perfecerimus, reuertī,
 Quorum gratia huc uenimus ueloci cum nauī nigra.
 Sic postea supplicabat, & ipsa omnia perficiebat.
 Dedit autem Telemacho pulchrum poculum rotundum.
 Sic autem eodem modo supplicauit Vlyssis dilectus filius.
 Hi autē postquā assauerunt carnes exteriores, & extraxe
 Partes diuidentes comedebant lautas epulas. (runt
 Sed postquam potus & cibi desiderium extinxerunt,
 His uerba orsus est strenuus eques Nestor.
 Nunc iam melius est scrutari & interrogare



ODYSSEAE

Hospites qui sunt, postquam sunt oblectati cibo.
 O hospites qui estis: unde navigatis humidas uias?
 An propter aliquam utilitatem? an incassum erratis?
 Tanquam praedones super mare, qui errant
 Animas apponentes, malum alienigenis ferentes.
 Hunc rursus Telemachus prudens cōtra allocutus est,
 Confisus, ipsa enim in mentibus audaciam Minerua
 Posuit, ut ipsum de Patre absente interrogaret.
 O Nestor Neleide ingens decus Achiuorum,
 Interrogas unde sumus? ego autem & tibi dicam:
 Nos ex Ithaca sita sub monte Neio uenimus:
 Negocium autē hoc proprium, nō publicum, quid dicam.
Sed & ipsi conscendentes in sedibus federunt:
Per ordinem autē sedētes canū mare uerberabāt remis:
Retro in Aegypti, qui imbribus augetur, fluij locū,
Firmaui naues, & feci perfectā sacrificia.
Sed postquā placauit deorū trā semp exntiū, (ria cēt.
Aggeraui Agamēnoni tumulū, ut inextinguibilis glo-
Hæc cum perfecissēm, iui, dederūt autē mihi uetiū sedm
Immortales, qui me cito' charam in patriam miserūt.
Sed nunc expecta in domibus meis,
Donec undecimusq; duodecimusq; dies sit:
Et tūc te bene mittam, dabo autē tibi pulchra munera.
Tres equos, & currum bene fabrefactum, sed postea
Dabo pulchrum poculum, ut libes Dijs
Immortalibus, mei recordatus per dies omnes:

Proteus di = Sic
sparet.

Δ IIII.

37

Huic autē rursus Telemachus prudens cōtra locutus est.
Atride, ne me multum tempus hic detineas:
Etenim in annum ego apud te tolerarem,
Sedēs, neq; me domus caperet desyderiū, neq; parentiū,
Valde n. uerbis, sermonibusq; tuis audiens,
Delector: sed mihi tristantur socij
In Pylo illustri, tu autem me diu hic detines.
Donum autē qdēcunq; mihi dederis ex genere seruādo:
Equos autē in Ithaca nō ducā, sed tibi ipsi (rum esto:
Hic relinquam ob. ectamentum tu n. campo imperas
Lato, in quo est quidem trifolium multū, & cyperus,
Triticumq; zeaq; & latē proueniens hordcū album:
In Ithaca autem neq; curricula lata, neq; pratium:
Sed ad capras pascendas accommodata, & magis ama-
bilis equos alente:
Nō n. aliqua isularū equos ipellēs, neq; boā hēns pra-
Quæ mari reclinatae sunt: Ithaca at et supra oēs. (ta,
Sic dixit, subrisit autem bonus in pugna Menelaus,
Manuq; ipsum demulsit, uerbumq; dixit, & locutus ē.
E' sanguine es bono chare fili, qualia loqueris:
Tibi igitur ego hæc mutabo: possum enim.
Donorū autem quæcunq; in mea domo reposita iacēt,
Dabo quod pulcherrimum & pretiosissimum est.
Dabo tibi crateram elaboratam, argentea autem
Est tota: auro autem labia perfectā sunt:
Opus autē Vulcani: præbuit autē ipsā Phædimus heros
Sidoniorum Rex, quando sua domus cooperuit
Illuc me reuersum, tibi autem uolo hoc præbere.
Sic hi quidem ta'ia inter se loquebantur.
Cōiue autem in domos uenerūt diuini Regis: (nū:
Hi atē ducebāt qdē oues: ferebāt atē uiros corroborās ui

Telemachus
Nestori

Ithaca in su-
le qualitas.

Xenia datur
Telemacho.



Antinous et
Eurymachus
procorū prī-
cipes.

Noëmon Te-
lemacho na-
uem commo-
dat.

O D Y S S E Æ

Panē at̄ ipsīs uxores pulchras uittas hūtes attulerūt,
Sic hī quidem circa cœnam in domibus laborabant.
Proci autem ante Vlysis domum
Discei delectabantur & iaculis mittentes
In perfectō pauimento, ubi antea iniuriam habebant.
Antious at̄ sedebat, et Eurymachus diuina spē prædicit.
Principes procorum, uirtute aut̄ erant longē optimi.
Hos autem filius Phronij Noëmon prope ueniens,
Antinoum uerbis interrogans, allocutus est.
Antinoë nunquid scimus in mentibus? an non?
Quando Telemachus reuertetur ex Pylo arenosa:
Nauem mihi abijt ducens: mihi autem opus est ipsa,
Elida in latam transire: ubi mihi equæ
Duodecim fœminæ: muli autem laboriosi
Indomiti horum aliquem abigens, domarem.
Sic dixit. hī aut̄ in aīo obstupuerunt. non. n. existimabūt.
In Pylum abijssē Neleiam: sed alicubi ipsius
Agrorum, uel ouibus adesse, uel subulco.
Hunc rursus Antinous allocutus est Eupithei filius:
Verē mihi dic quando abijst? & qui ipsum
Iuuenes secuti sunt Ithacæ electi? an sui ipsius
Mercenarij? seruiq; potest & hoc perficere:
Et mihi hoc dic uerē ut bene sciam,
An a te uiolentia inuito abstulit nauem nigram?
An uoluntarius ei dedisti, quoniā blanditus est uerbis?
Huic autem filius Phronij Noëmon cōtra locutus est.
Ipse uoluntarius ei dedi, quod fecisset & alius,
Cum uir talis habens consilia animo
Petiisset: difficile reuere dationem fuisset.
Iuuenes autem qui in populo optimi sunt inter uos

Δ

IIII.

38

Hi ipsū secuti sūt. prīcipē aut̄ ego cōscēdētē cognoui
Mentorem, uel deū: huic ipsi per omnia similis erat.
Sed hoc admiror. uidi hic Mentorem magnum
Heri sub auroram. tūc uero conscēdit nauim in Pylū.
Sic locutus abijt ad domos patris.
His autem ambobus obstupuit animus superbus.
Proci autem simul sederunt, & quieuerunt à ludis.
Ad hos autem Antinous locutus est Eupithei filius
Nostus, ira autem ualde mentes circum nigræ
Impletæ erant: oculi aut̄ ipsius igni micātī filēs erāt.
Heu quā magnum facinus audacter perfectum est.
Telemacho iter hoc dicebamus aut̄ ei absolutum iri.
Ex tot autem inuitis iuuenis puer abiuit sic
Nauem deducens, eligensq; ex populo præstātissimos.
Incipiet aut̄ & sibi priori malū esse. sed eius ipsius
Iupiter pdat uiolentiā, priusquā nobis nocumētū fiat.
Sed agedū, mihi date nauē uelocē & uiginti socios,
Ut illi ipsi eunti insidier, & obseruem
In freto Ithacæq; Samiq; asperæ:
Ut suo cum periculo nauiget gratia Patris.
Sic dixit. ipsum autem omnes laudauerūt, & iusserunt.
Statim postea surgentes iuerunt domum Vlysis.
Neq; Penelope multum tempus fuit inscia
Verborum, quæ proci in mentibus clam̄ moliebantur.
Præco enim ei dixit Medon qui audiuit consilia
Extra atrij existēs. hī autē intus consiliū texebāt.
Perrexit autem ire nunciāns per domos Penelope.
Hunc autē in itinere ueniētē allocuta est Penelope.
Præco cur te præmiserunt proci illustres?
An dicere ancillis Vlysis Diuini

Procorum de
occidendo Te-
lemacho con-
siliū.

Penelope Me-
doni de pro-
cis.



O D Y S S E A E

Ab operibus cesare: sibi autem ipsis cōiuiū parare:
Non ambientes, neq; alibi conuersantes.
Postremo & ultimo nunc hic cenarent,
Qui simul congregati uictum absomitis multum
Possessionē Telemachi prudētis, neq; adhuc ex patrie
Vestris antea audistis pueri existentes, (bus
Qualis Vlysses fuit cum uestris parentibus?
Neq; aliquem afficiens iniustitia, neq; dicens
In populo, quæ est iustitia diuinorum Regum,
Alium oderit, alium diligit.

Ille autem nunquam omnino iniquo uiro succensuit
Sed uester animus, & turpia opera
Apparent: neq; aliqua est gratia post beneficia.

Medon Pene
lope Telema
chum nūciat
ab nauigasse.

Hanc autem rursus allocutus est Medon prudentia sciēs.
Verum enim uero Regina, hoc maximū malum esset.
Sed multo maius, & grauius aliud
Proci cogitant, quod non perficiat Saturnius.
Telemachum parant interficere acuto ferro
Domum redeūtem: hic autem iuit, ut de patre audiat
In Pylum sacram, & in Lacedæmonia diuinam.

Sic dixit, huius autē ibi soluta sunt genua & charū cor:
Diu autē ipsam stupor uerberū cepit, ipsius at oculi
Lachrymis impleti sunt. tenera autē ipsius detēta ē uox.
Tarde autē iam ipsum, uerbis respondens, allocuta est.
Præco cur mihi filius abiit? neq; n. ipsum necesse erat
Naues ueloces conscendere, quæ maris equi
Homīnibus fiunt, peruadūt autem ad multum mare.
An ut neq; nomen ipsius inter homines relinquatur?
Huic autem respondit postea Medon prudentia sciēs.
Non noui an aliquis ipsum Deus excitarit, uel & eius

Penelope do-
let clā se fi-
liū esse profē-
tum.

Δ 3 2 7 IIII.

39

Animus motus sit ire in Pylum, ut discat
Patris sui, uel reditū, uel quodnā fatū affectus est.
Sic loquens abiit ad edes Vlyssis
Hæc autē dolor circūfusū est animū corrupēs: neq; itē
In sede sedere, multis in domo existentibus: (passa est
Sed in pauimento sedit elaborati thalami,
Miserabiliter lugens: circum autē ancillæ lugebant
Omnes quod in ædibus erant iuuenes & antiquæ.
Hæc grauius lugens allocuta est Penelope.
Audite amicæ, potissimū. n. mihi cælestes dolores dederūt
Ex oībus, quotquot mecum sil nutritæ sunt, & genitæ.
Quæ prius uirū bonū perdidit animū leonis habentē,
Omnibus uirtutibus ornatum, in danais (nesso.
Bonū: cuius gloria lata in Græcia & media Pelopo-
Nunc autem filium charissimum perdere parant
Ingloriam, ex ædibus, neq; discedentem audiui.
Impiæ, neq; uos in animo posuistis singulæ
Ex lectis me excitare scientes certo animo,
Quando ille iuit concauam in nauem nigram.
Si enim ego audiuissem hanc uiam molentem,
Propter hoc potissimū, uel māsisset quis affectūs uie,
Vel me mortuam in ædibus reliquisset.
Sed aliquis citō Dalium accersat senem
Seruū meū, quæ mihi dedit Pater, tum cū huc uenirē, Dalius Pene
Et mihi hortū colit multis insitū arboribus, ut celer- lopes seruus.
Laerte hæc omnia asidens narret. (rime
Si quo modo aliquod ipse in animo consilium texens,
Profectus ad populos lugeat, qui parant
Suam, & Vlyssis, interimere progeniē, similis Deo.
Hanc rursus allocuta est dilecta nutritrix Euryclea nu-
trix.



O D Y S S E A E

Nympha dilecta, tu quidem me interfice seuo ferro,
Vel sine in domo sermonem aut amplius non celabo.
Sciu ego hæc omnia. præbui autē ei quæcumq; iussit,
Panē & uinū dulce. à me at̄ accepit magnū iussurādū
Ne prius tibi dicerem, quàm duodecimum diem fieri
Vel te ipsam cupere profectum audire:
Ne flens corpus pulchrum Lederes.
Sed lota, puras corpus uestes induta
In penetralia ascendens; cum ancillis mulieribus,
Supplica Mineruæ filia Iouis habentis ægida.
Hæc. n. ipsum postea & à morte seruabit.
Neq; senem uexa uexatum. non. n. puto
Penitus Deis beatis progeniem Icarij
Odio haberi, sed aliquis & imposterus erit, q̄ habebit
Aedes altas, & longè letos agros,
Sic dixit. huius at̄ sedauit luctū. continuit & oculos à lu
Hæc aut̄ lota, pura corpus uestimenta induta (ctu.
In penetralia ascendit cum ancillis mulieribus.
Imposuit at̄ molas canistro. supplicauit at̄ Mineruæ.
Audi me ægida habentis Iouis filia indomita.
Si unquam tibi prudens in ædibus Vlysses
Vel bouis. uel ouis ualde pingua scemora combussit:
Hæc nunc mihi recordare, & mihi dilectū filiū serua.
Procos autem expelle male superbientes.
Sic dicens ululauit. Dea autem ipsius audiuit orationē.
Proci autem tumultuati sunt in ædibus opacis.
Sic autem aliquis dixit iuuenum superborum.
Profecto nuptias nobis à multis petita Regina
Præparat. neq; scit quæ suo cædes filio parata est.
Sic quidam dixit. hæc non nouerant uti facta fuerant.

Δ IIII.

40

His autem Antinous concionatus est, & locutus.
O fortunati uerba quidem arrogantia fugite!
Omnia simul: ne aliquo modo aliquis nunciet et itus. cis
Sed age, cum silentio ita surgentes perficiamus
Verbum, quod & omnibus in animo infixū est nobis. Proci parant
Sic fatus elegit uiginti uiros optimos, nauem ad in=
Perrexerūt autem ire ad nauē celerē & littus maris. fidias Tele=
Nauē quidem oīum primū in mare p̄fundū traxerūt, macho struē=
Malumq; imposuerunt, & uela in nauī nigra, das.
Parauerunt autem remos loris pelliceis.
Omnia uti decebat uela autem alba extenderunt.
Arma autem ipsis attulerunt fortissimi serui.
Alto autē in mari firmauerunt: ascenderunt autē ipsi: Proci enauis=
Ibiq; cenā acceperūt. expectauerūt at̄ uesperū adueni gant.
Hæc autē in penetralibus illic prudens Penelope (re.
Iacebat abstimens, & ieiuna à cibo, & potu,
Cogitans ipsius ne mortem fugeret filius nobilis,
An hic à procis peruicacibus occideretur.
Quot autem cogitare solet Leo uirorum in turba
Timens, quando ipsum dolum reti circundant,
Tot ipsam cogitantem oppressit dulcis somnus.
Dormiebat aut̄ reclinata soluta sūt at̄ eius mēbra oīa.
Tunc rursus alia cogitauit Dea cæsa Minerua:
Simulachrum aut̄ fecit. corpus autē simile fuit mulieri
Iphthimæ filia magnanimi Icarij,
Quā Eumelus duxit in uxore Pheris in domo hitās. Minerua sub
Misit autem ipsam ad ædes Vlyssis diuini, Iphthimæ p=
Si quo modo Penelopen moerentem, lugentem sona solatur
Cessare faceret fletu luctuq; lachrymoso. Penelopē in
In cubiculū at̄ ingressa est p̄ claustrū qd̄ lorū hēbat. Somnis.



O D Y S S E A E

Stetit autem supra caput, & ad ipsam uerbum dixit.
Dormis Penelope charo agra animo.
Non quidem te sinent Dei facile uiuentes
Flere, neq; tristari, quoniam adhuc rediturus est
Tuus filius, non n. Dijs aliquod ob crimen est exosus.
Huic autem respondit postea prudens Penelope
Suauē ad modum dormiens in somni foribus.
Cur soror huc uenisti? non antea
Accessisti, quoniā ualde multum procul domos hitat.
Et me iubes cessare ab erumna & doloribus
Multis, qui mihi laceffunt mentem & animum:
Que prius quidē uirū bonū pdidi aiūm leonishabētis,
Omnibus uirtutibus ornatum, in danais
Bonū, cuius gloria lata ī Græcia et media Peloponesso.
Nunc autem filius charissimus abiit concava in nauis
Imprudēs, neq; laborū bene peritus, neq; ī mercimōijs
Huius causa, & magis doleo quā illius:
Huius causa tremo, & timeo ne quid peratiatur.
Vel horum in populo quo iuit, uel in ponto:
Inimici n. multi contra ipsum machinantur,
Cupiētes interficere, antequā in patriā terrā pueniat.
Hanc respondens allocutus est simulacrum obscurum.
Confide, neq; omnino mentibus timeas ualde,
Talis n. cum ipso comes simul iuit: quam & alij
Viri optarent adesse, potest enim
Pallas Mimerua, tui autem dolentis miseretur.
Que nunc me præmisit ad te, ut hæc dicerem.
Hanc rursus allocuta est prudens Penelope.
Siquidem iam dea es deiq; audiisti uocem,
Eia age, & illum miserum narra.

Sicut

Δ I I I I.

43

Sicubi adhuc uiuit, & uidet lumen solis,
Vel iam mortuus est, & in Plutonis adibus est.
Hanc autē respōdens allocutus est simulacrum obscurū.
Non quidem tibi illum clarē dicam,
Viuit ne hic, an mortuus est, malum enim uana dicere.
Sic dicens, luminis per claustra abiit
In auras uentorum, hæc autem ex somno excitata est
Filia Icarij, dilectum & ipsius cor letatum est:
Quando in ipsam manifestū somnū irruit noctis medio.
Proci autem ascendentes nauigabant humidas uias,
Telemacho eadem grauem in mentibus commouentes:
Est autem quedam insula medio mari saxosa,
In medio Ithacæq; Samijq; asperæ
Asteris, non magna, portus autē ad nauū insidias apti in
Vtrinq; habentes aditus: in hac hunc expectabant insi-
diantes Achui.

Proci Tele-
macho insi-
diaturi enau-
gant.

ARGVMENTVM. E. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Concilium Deorum secundum faciens Iupiter, Mercurium mittit ad Calipso, iubens dimittere Ulysses. Hæc autem iussum facit. Decimo autem & octauo die uidentem ipsum Neptunus, & æpreferens, soluit ratem. Ino autem ipsi dat uittas, iubens eunt in terram proicere ipsas sibi; & multa passus in Phæacensium regionem peruenit seruatus.

Hom. Odys.

F



ODYSSEAE. E. HOMERI
COMPOSITIONIS.

E.nauigat in rate Vlysses discissa mari.



VRORA autem ex lectis à clare
Tithone
Surrexit, ut immortalibus lucem as-
ferret, & hominibus.
Dei autem in concionem ad seden-
dum iuerunt, inter hos autem

Minerua ca-
litibus.

Iupiter altitonans, cui potentia est maxima.
His autem Minerua dixit dolores multos Vlyssis
Recordans, curæ enim erat ei existēs in edibus Nymphæ.
Iupiter pater, & reliqui beati Dij sempiterni,
Nullus posthac prudens bonus & mitis esto
Sceptryger Rex, neq; in animo iusta cognoscens:
Sed semper immittis sit, & impia faciat:
Quoniam nullus reminiscitur Vlyssis inelyti
Populorum quibus imperauit, pater aut ualde mitis erat.
Sed hic quidem in insula iacet magnos dolores patiens
Nymphæ in edibus Calypsus, quæ ipsum ui
Detinet, hic enim non potest in suam patriam terram per-
uenire.
Non enim ei adsunt naues remigesq; socij
Qui ipsum deducant in lata dorsa maris.
Nunc rursus filium dilectum interficere parant
Domum rediturum, hic autem iuit, ut de patre audiat
In Pylum diuinam, & in Lacedæmona claram.
Hanc aut, n̄dēns, allocutus est nubiu cōgregator Iupit̄r
Filia mea quale te uerbum fugit septum dētium? (tet̄r)

E V.

48

Non enim hoc quidem considerasti consilium ipsa?
Quod de illis Vlysses pœnas sumet adueniens.
Telemachum autem tu mittito diligenter (potes enim).
Ut ualde illæsus in suam patriam terram perueniat.
Proci autem regressi uē redeant.

Dixit, & Mercurium dilectū filiū cōtra allocutus est.
Mercuri (tu enim rursus & ad alia nuncius es)
Nymphæ pulchram comam habēti dic uerum consilium
Reditum Vlyssis prudentis, ut redeat
Neque decorum ductu, neque mortalium: hominum.
Sed hic in rate multis uinculis cōpacta incōmoda patiens
Die uigesimo ad Scheriam fertilem ueniat,
Phæacensium in terram, qui proxime Deos genere sunt,
Qui ipsum ex animo uti Deum uerebuntur.

Mercurius
mittitur ad
Calypso.

Mittent enim in nauī dilectam in patriam terram,
Aesq; aurumq; abundē uestesq; dantes,
Multa quot nunquam ex Troia accepisset Vlysses,
Si etiam ille sus uenisset sortitus à præda partem.
Sic enim ei fatum est amicosq; uidere, & peruenire
Domum excelsam & suam in patriam terram.

Sic dixit, neq; non paruit Mercurius Argicida:
Statim autem postea sub pedibus ligauit pulchra talaria
Diuina, aurea: quæ ipsum portarent & in mare
Et ad immensam terram cum aura uenti.
Accepit & caduceum, quo uirorum oculos sopit
Quorum uult, alios autem rursus & dormientes excitat.
Hoc in manibus tenens uolauit fortis Mercurius,
Pieriam autem adiens æthere deuenit ad pontum.
Ruit postea ad undam Laro aui similis,
Qui ad magnos sinus maris immensi

Descriptio
Mercurij.

F ij



O D Y S S E A E

Pisces uenans densas pennas madefacit falgugine,
Huic similis multas pertransijt undas Mercurius.
Sed quando ad insulam peruenit longe existentem,
Tunc ex ponto egressus nigro continentem
Adiuit, donec ad magnā speluncā puenit, in qua Nymphæ
Habitabat comata: hanc autem intus offendit existentem.
Ignem quidem in foco accendebat: de longinquo autē odor
Cedri sicce, thijq; per insulam spirabat
Ardentium, hæc autem intus canens uoce pulchra
Telam percurrens aurea nauicula texebat.
Sylua autem circa speluncam in sita erat uirescens:
Clethraq; Alnusq; & odorifera Cupressus,
Vbi & aues extensas pennas habentes dormiebant
Bubones, accipitresq; atq; extensas linguas habetesq; ^{con}
Marinæ, quibus marina opera sunt curæ. ^(nict)
Et illic extensa est circa speluncam concauam
Vitis uirescens, pullulat autem racemis.
Fontes autem ex ordine quatuor fluebant aqua alba
Propinqui inter se uersi alibi alio,
Circum autem prata mollia uiola & apio
Virescebant. huc postea, & immortalis ueniens
Admiraretur uidens, & delectaretur animo suo.
Vbi stans admiratus est Mercurius Argicida.
Sed postquam omnia suo admiratus est animo,
Statim in latam speluncam uenit: neq; ipsum, contra
Ignorauit uidens Calipso inelyta inter Deas.
Non enim incogniti Dei inter se sunt
Immortales: neque si quis procul domos habitat.
Neque Vlysem magnanimum intus offendit.
Sed hic in littore flebat asidens, ubi antea etiam

Descriptio
specus Caly-
psus.

E V.

43

Lachrymis & suspirijs & doloribus animum consumens
Pontum immensum aspiciebat, lachrymas fundens.
Mercurium autem interrogabat Calipso diuina inter deas
In sede sedens lucida, perpulchra:
Cur ad me Mercuri aureum caduceum habens uenisti
Verendeq; amiceq; antea sanè non frequentasti.
Loquere quodcumq; scis, perficere autē me animus iubet
Si possum perficere, & si absolendum est.
Sed sequere ante, ut tibi xenia apponam.

Calypso ad
Mercurium.

Sic dicens Dea apposuit mensam,
Ambrosia implens: miscuit autem nectar rubrum.
Bibit autem & comedit Mercurius Argicida.
Sed postquam coenauit, & exhilarauit animum cibo,
Et tunc iam ipsam, uerbis respondens, allocutus est.
Interrogas me uenientem Dea Deum, sed ego tibi
Verè uerbum dicam, iubes enim.
Iupiter me iussit huc uenire nolentem.

Mercurius
Calypso.

Quis enim uolens tantam percurreret falguginem
Immensam neq; aliqua propè hominum ciuitas, qui deis
Sacrificia faciant, & electas hecatombas.
Sed ualde nequaquam licet Iouis mentem habentis ægida
Præterire alium deum, neque mutare.
Dicunt tibi uirum adesse ærumnis plenum inter alios
Viros, qui urbem circa Priami pugnauerunt
Per nouennium: decimo autem anno urbem cum destruxissent, res
Domum: sed in reditu Mineruam læserunt: ^(dicere)
Quæ ipsis cõcitauit uentumq; malum, & undas magnas.
Tunc alij quidē omnes interempti sunt præstantes socij.
Hunc autem huc uentusq; ferens, & unda adegit,
Quem nunc te iussit dimittere quam celerrime.

F iij



O D Y S S E A E

Non enim ei hic fatum est ab amicis seorsum perire:
Sed in futurum ei fatale est amicosq; uidere, & peruenire
Ad domum excelsam & suam in patriam terram.

Calypso indi
gnatur i deos

Sic dixit: obriguit autem Calypso diua Dearum
Et ipsum compellans uerba pennata dixit.
Impij estis Dij inuidi prater alios,

Orion a Dia-
na perreptus

Qui deabus inuidetis, quod apud uiros dormiant
Palam si aliqua amicum sibi fecit maritum.
Sic quidem qui Oriona cepit roseos digitos habes Aurora
Tandiu ei inuidistis Dei facile uiuentes,
Quousq; ipsum in Ortigia auream sedem habens Diana
Suis pulchris sagittis adueniens interfecit. *(cast)*

Iason a Ioue
percussus ful-
mine.

Sic & quando Iasoni comata Ceres
Suo animo obediens, mixta est amicitia & lecto
Terra in multum culta, neq; diu fuit in scius
Iupiter, qui ipsum interfecit percutiens splendido fulmine.
Sic aut rursus nunc mihi inuidetis Dei mortale hominem ad
Hunc quidem ego seruauit carina circumuehentem *(esse)*
Solum: quoniam eius nauem celerem nitido fulmine
Iupiter percutiens discedit medio in nigro ponto:
Tunc alij quidem omnes periere prestantes socij.
Hunc autem huc uentusq; ferens, & unda adegit.
Quem quidem ego dilexi, & nutriui, & dixi
Facturam immortalem & in senescentem per dies omnes.
Sed quoniam non licet Iouis mentem egida habentis.
Transgredi alium Deum, neq; irritam facere:
Pereat, si ipsum ille impellit & iubet
Ad pontum immensum, mittam autem ipsum nequaquam ego.
Non enim mihi adsunt naues, remigesq; socij
Qui ipsum deducant ad lata dorsa maris.

Sed ipsi prompta consulam, neque celabo

Vt ualde tutus suam in patriam terram perueniat.

Hanc autem rursus allocutus est Mercurius Argicida.

Sic nunc dimitte, Iouis & time iram,

Ne forte in te postea iratus seuiat.

Sic locutus abiit fortis Argicida.

Hec autem ad Ulyssem magnanimum ueneranda nymphe
Iuit, postquam Iouis audiuit nuncium.

Hunc autem in litore offendit sedentem, neq; unquam oculi

A lachrymis siccabantur: peribat autem dulce exum

Reditum lugeri, quonia non amplius placebat Nymphe.

Sed certe noctes quidem dormiebat & coactus

In speluncis concavis nolens apud uolentem.

Interdum autem in petris & littoribus sedebat

Lachrymis & suspirijs & doloribus animum consumens,

Pontum immensum aspiciebat lachrymas fundens.

Prope autem stans allocuta est nobilis inter Deas.

Infelix, ne mihi amplius hic lugeas, neq; tibi exum

Pereat: iam enim te ualde prompta dimittam,

Sed age ligna longa incidens coapta ferro

Latam ratem, sed ligna fige in ipsa

Alte, ut te ferat in nigrum pontum.

Sed ego panem, & aquam, & uinum rubrum

Imponam congruenter que a te famem repellant:

Vestesq; induam: immittam & tibi uentum retro,

Vt ualde tutus tuam in patriam terram perueni-

Si Dei uelint, qui celum latum habitant,

Qui me meliores sunt intelligereq; persicereq;

Sic dixit, timuit autem multa passus diuinus Ulysses:

Et ipsam alloquens uerba pennata dixit.

Ulysses inui-
tus a Caly-
pso detectus:
Calypso ad
Ulyssem.



O D Y S S E A E

Aliud tu Dea quippiam cogitas non reditum.
Que me iubes rate pertransire magnam undam maris
Grauemq; difficilem, quam neq; naues aequales
Veloces transirent gaudentes Iouis uento:
Neque ego inuita te ratem conscenderem,
Nisi mihi patreris Dea magnum iusurandum iurare,
Nullum mihi ipsi nocumentum malum consulere aliud.

Sic dixit. arrisit autem Calypso nobilis Dea,
Manuq; ipsum demulsi, uerbumq; dixit, & compellauit
Certe iniustus es, & non uana sciens.

Calypsus iusurandum.

Iurare stygia paludem grauisimū dijs iusurādum.

Quale uerbum cogitasti dicere.
Sciat nunc hoc terra, & celum latum desuper,
Et defluens stygis aqua, quod maximum
Iusurandum grauisimumq; est beatis deis,
Non tibi ipsi detrimentum malum consuluisse aliud.
Sed hæc quidem cogito & consulo que mihi
Ipsi cōsularem, quando ad me indigetia tantū perueniret.
Etenim mihi mens est iusta, neq; mihi ipsi
Animus in precordijs ferreus, sed misericors.

Sic dicens præiuit diuina Dearum.
Statim hic postea post uestigia iuit deæ:
Peruenerunt autē ad speluncam concauam dea ac & uir.
Et hic quidem illic sedit in sede unde surrexit
Mercurius, nympha autem apposuit omnem cibum
Comedere, & bibere qualia mortales uri edunt.

Prædatur in spelunca.

Ipsa autem contra sedit vlyssē diuinum.
Huic autem ambrosiam sanule & nectar apposuerunt.
Hi autem in cibos paratos adiacentes manus iniiciebant.
Sed postquam oblectati sunt cibo & potu,
Inter hos uerba orsa est Calypso diuina dearum.

Generose Laertiade artificiose vlysses,
Sic domum dilectam in patriam terram
Statim nunc uis ire: tu autem gaude: & tamen
Si quidem cognosceres tuo animo quot tibi fatum est
A Erumnas absoluere, anteq; in patriā terram peruenias,
Hic iterum manens mecum hanc domum custodires,
Immortalisq; esses, cupiens quamuis uidere
Tuam uxorem quam semper desideras dies omnes.

Calypso spondet vlyssi immortalitatem

Non tamen illa inferior gloriore esse
Nec corpore, nec ingenio siquidem nequaquam decet,
Mortales cū immortalibus corpore & specie cōtendere.

Hanc autē respondens, allocutus est prudens vlysses.
Verenda Dea non mihi ob hoc irascere scio & ipse
Omnia ualde, quoniam te prudens Penelope
Specie inferior est, & magnitudine contra conferendo.
Hæc enim mortalis est: tu autē immortalis & nō senescens.
Attamen uolo, & desidero quotidie magis, magisq;
Domum ire, & reditus diem uidere.

Si autem aliquis destruet deorum in nigro ponto,
Sustinebo intra pectora habēs patientē dolores animum.
Iam enim ualde multa passus sum, & multa laboraui
Vndis & bello, hoc etiam ad hæc accedat.

Sic dixit. sol autem occidit, & in tenebras iuit.
Venientes autem hi in secessum speluncæ concaue
Oblectati sunt amicticia iuxta adinuicē manentes. (rora,
Quando autē matutina apparuit roseos digitos habēs Au-
Statim hic quidem palliumq; uestemq; induit vlysses.
Ipsa autem candidam tunicam magnam induit Nympha
Tenuem & elegātem, Zonam autē posuit circa lumbum
Pulchram auream, capiti autem imposuit uelum.



O D Y S S E A E

Et tunc Vlyssi magnanimo molita est reditum.
Dedit quidem ei securim magnam congruam in manibus
A Eream utrinq; acutam: sed in ipsa
Manubrium perpulchrum oleaginum bene coaptatum.
Dedit autem postea asciam politam prætuit autem in uia
Ad insule extremum, ubi arbores proceræ natæ erant:
Clethraq; Alnusq; Abiesq; erat ad cælum tendens
Sicca iandiu prædura, quæ ei nauigarent leuiter.
Sed postquam ostendit ubi arbores proceræ natæ erant,
Hec quidem iuit ad domum Calypsò diuina dearum.
Sed hic incidebat ligna: celeriter aut ei absolutum est opus.
Viginti autem deiecit, omniq; dolauit securi,
Poliuitq; pulchrè & ad perpendicularum direxit.
Interim autem tulit terebras Calypsò diuina dearum:
Terebrauit autem, & coaptauit inuicem:
Clauis autem hanc & conuenientijs coaptauit,
Quantumq; aliquis pauimentum nauis circumpolliet
Onerariæ bene fluentis peritus artis fabricorum,
Tantum bene fluentem ratem fecit Vlysses.
Contabulationes autem cū firmasset coaptans frequentibus
Faciebat, sed longis tabulis perficiebat. (lignis)
Intus autem malum faciebat, & antennam congruam ipsi
Ad hoc temonem fecit ut regeret.
Circumsepfit autem ipsam uirgis ab omni parte salignis.
Vnde propugnaculum ut esset: multam autem addidit materiam.
Interim autem linteum tulit Calypsò diuina dearum,
Ut uela faceret: hic autem bene fecit & hæc.
Intus autem cordasq; rudetesq; pedesq; alligauit in ipsa,
Vectibus autem hanc traxit in mare humidum.
Quarta dies erat, & illi perfecta sunt omnia.

E V.

40

Quinta autem misit ab insula diuina Calypsò
Vestesq; induens bene olentes & lauans.
Ipsi autem urnam imposuit Dea nigri uini:
Alteram autem aquæ magnam, & uiatica
In pera, & obsonia imposuit amabilia multa.
Ventum autem præmisit innocuumq; suauemq;
Latus autem uento extendit uela diuus Vlysses.
Sed hic temone nauem direxit artificioso
Sedens, neq; illi somnus in palpebras cadebat,
Pleiadesq; aspicienti, seroq; occidentem Bootem,
Pleiadesq; quam & plaustrum cognomento uocant:
Vrsamq; quam & plaustrum cognomento uocant:
Quæq; inibi cunctatur & Oriona obseruat.
Sola autem expers est lauacrorum Oceani.
Hanc quidem ipsum iussit Calypsò diuina dearum
Mare transire à sinistris manus habentem:
Septem & decem quidem nauigabat dies per mare iens:
Octaua & decima autem apparuerunt montes umbrosi
Terra Phæacensium: ubiq; proximè erant ipsi.
Cognouit autem sicut quædo tenebræ sunt in obscuro poto.
Hunc autem ex Aethiopibus rediens imperans Neptunus
Longè ex Solimorum montibus uidit: apparuit enim ei
Pontum nauigans, hic autem iratus est ex animo iras.
Mouens autem caput erga suum locutus est animum.
Heu, certe longè decreuerunt Dei aliter
De Vlysse, me apud Aethiopas commorante:
Et iam Phæacensium terram propè est, ubi ei fatum est
Effugere potissimum finè calamitatis, siquidè peruenerit.
Sed adhuc ipsum dico satis posse accipere incommoda.
Sic fatus, congregauit nubes, turbauitq; pontum
Manibus tridentem accipiens, oēs autem concitauit turbines
tit.

Nauigatio.

Calypsò nauem Vlyssis præcipit quæcat.

Neptunus Vlysses tempestate quætit.



O D Y S S E A E

Omnium uentorum: nubibus operuit
Terram simul & pontum. ruit autem ex celo nox.
Vnâ Eurûsq; Notûsq; ruît, Zephyrusq; grauitè spirâs,
Et Boreas frigus faciens magnam undam reuoluens.
Et tunc Vlyssis soluta sunt genua & charum cor.
Ingemens autem dixit ad suum magnanimum animum.
Hei mihi misero: quomodo mihi maiora fieri possunt?
Timeo ne iam omnia Dea uera dixerit, (uenirem,
Quæ me dixit in ponto, antequâ patriam in terram per-
Dolores absoluturum. hæc iam nunc omnia perficiuntur.
Qualibus nebulis obduxit cælum latum
Iupiter: turbauit autem pontum: ueniunt autem turbines
Omnium uentorum, nunc mihi integra est grauis mors.
Ter beati Danaï quaterq; qui tunc perierunt
Troia in lata gratiam Atridis ferentes.
Quam ego debueram mori & mortem assequi
Die illo, quando in me plurimi æreas lanceas
Troiani proiecerunt circa Pelidem mortuum.
Sic utiq; affectus essem in ferias, et meâ gloriâ extulisset
Nûc aut me in gloria morte fato sancitû est pîre (Achiuû.
Sic ipsum dicentem percussit magna unda in caput
Grauiter impulsus, perq; ratem circum rotauit.
Longe autem à rate ipse cecidit, temonem autem
Ex manibus proiecit, medium autem ipsi malum fregit
Grauis mixtorum uentorum ueniens turbo.
Longe autem uelum & antena cecidit in pontum.
Hunc aut summersum posuit multum tēpus: neq; potuit
Citò ualde resurgere magnæ præ undæ impetu:
Vestes enim grauabant quas ei dedit diuina Calypsô.
Tardè autem resurrexit: ore autem expuit mare

Vlysses excu-
titur rate ui-
tempestatis.

E V.

47

Amarum, quod ei multum à capite cum sonitu fluebat.
Sed neq; sic nauis oblitus est, defatigatus quamuis:
Sed ultra motus inter undas apprehendit ipsam,
In media autem sedit finem mortis fugiens.
Hæc autē impellebat magna unda per undas huc et illuc,
Sicut autem quando autumnalis Boreas mouet spinas
Per campum: dense autem inter se inuicem sustinent.
Sic hanc per pelagus uenti ferebant huc & illuc.
Aliquando quidē Notus Boreæ proiecit ut ferretur. (ret.
Aliqñ autē rursus Eurûs Zephyro cōcedebat ut impelle-
Hunc autem uidit Cadmî filia pulchros talos habens Ino
Alba dea: quæ prius quidem erat mortalis loquens:
Nunc autē maris in profundo deorû sortita est honorem.
Quæ Vlysses miserata est errantem dolores habentem,
Mergo autem similis, uolatu ingressa est mare.
Sedit autem in rate, & ad ipsum uerbum allocuta est.
Miser cur tibi sic Neptunus quatiens terram
Iratu est ualde: quoniam tibi multa mala infert.
Non quidem te ualde quamuis iratus:
Sed maxime sic fac: uideris autem mihi nō imprudens esse.
Vestes has exuens ratem uentis portari
Relinque, sed manibus natans pete reditum
Terræ phæacensium quo tibi fatum est fugere.
Accipe autem has uittas sub pectoribus extende
Immortales: neque pati time, aut perire:
Sed postquam manibus attigeris continentem,
Statim egressus iace in nigrum pontum
Multum à continente, ipse autem seorsum te uerte.
Sic locuta Dea, uittas dedit.
Ipsa autem retro in pontum ingressa est aestuantem

Vlysses nau-
fragus à Leu-
cothea iuuat-
tur.



ODYSSEAE

Mergo similis: nigra autem illam unda cooperuit.
Sed cogitauit multa tolerans diuinus Vlysses:
Ingemens autem dixit ad suum magnanimum animum.
Hei mei ne aliquis mihi paret dolum rursus
Immortalium, quando me rate descendere iubet.
Sed nondum parebo, quoniam longe ab oculis
Terram ego uideo, ubi mihi dicunt refugium esse.
Sed potissimum ita faciã, uidetur aut mihi esse optimum.
Donec ligna in compaginibus coharebunt:
Tandiu hic manebo dolores patiens.
Sed quando mihi ratem unda concusserit
Nabo, quoniam non adest consulere melius.
Sic hic hæc uersabat in mente & in animo:
Impulit autẽ magnam undam Neptunus quatiens terrã,
Grauemq; difficilemq; altamq; percussit autem ipsum.
Sicut autẽ uentus ualde spirans palearũ cumulum quatit
Siccaram, quas quidem dissipauit alibi aliõ.
Sic ligna longa dissipauit, sed Vlysses
Vnum lignum ascendit solum tanquam equum equitans:
Vestes autem exiit quæ ei præbuit diuina Calypsõ
Statim autem uitas sub pectore extendit.
Ipse autem pronus in mare cecidit manus extendens,
Nare promptus uidit autem imperans Neptunus.
Mouens autem caput ad suum locutus est animum.
Sic nunc mala multa patiens erres per pontum
Donec inter homines Regios diuimis mixtus sis.
Sed non sic te spero attenuaturum calamitatem.
Sic loquens uerberauit capillatos equos.
Iuit autem ad AEGAS, ubi illi in clyte domus sunt.
Sed Minerva filia Iouis alia cogitauit,

Neptuni in
Vlyssem in
clementia.

E V.

48

Quæ aliorum uentorum continuit status:
Cessare & iussit, & quiescere omnes.
Concitauit autem uelocem Boream, undas autem fregit,
Quousq; hic inter Phæacenses remiges mixtus esset
Nobilis Vlysses mortem & parcam fugiens.
Tunc duas noctes, duosq; dies unda in magna
Errauit: multum autem eius cor providebat mortem.
Sed quã tertiu diẽ pulchras comas habes absoluit Aurora,
Et tunc postea uentus quidem cessauit, & tranquillitas
Fuit sine aura, hic autem propè uidit terram,
Acute ualde prouidens magna ab unda eleuatus.
Ut autem, quando iocunda uita filijs uidet
Patris, qui ppter ægritudinẽ iacet graues dolores patiens
Diu consumptus, odiosa autem in eum irruit fortuna.
Amicẽ autem ipsum Dei ab ægritudine liberauerunt:
Sic Vlyssem iocundum nõ secus reddidit terra & sylua.
Nauigabat autem festinans pedibus continentem adire,
Sed quando tantum aberat quantum auditur clamans,
Et iam sonitum audiebat ad cautes maris:
Resonabat enim magna unda ad siccum continentis
Cum sonitu fracta: cooperiebantur aut oia maris spuma.
Non enim erãt portus nauium retinacula, neq; clausuræ,
Sed littora depressa erant, cautesq; saxaq;
Et tunc Vlyssis soluta sunt genua & dilectum cor.
Suspiciens autem dixit ad suum magnanimum animum.
Heu postquam terram insperatam dedit uidere
Iupiter, & hanc undam discindens transiui.
Exitus nusquam apparet maris cani foras.
Extra enim saxa acuta circum autem unda
Resonabat impetu, planum autem supereminet saxum.

Comparatio.

Vlysses ad
Phæacenses de
fertur.



O D Y S S E A E

Propè terrā autē profunditatē habēs mare est, & non dū
Consistere utriq; & fugere malum, (licet pedibus
Ne forte me exeuntem iaciat durum ad saxum,
Vnda me rapiens: uanus autem mihi erit motus.
Si autem adhuc prius annatabo, sicubi inuenero
Littora depressa portusq; maris,
Timeo ne rursus arripiens procella
Pontum in pisculentum ferat grauius suspirantem.
Vel in me & bulenam irruere faciat fortuna
Ex mari, quales multas nutrit inclita Amphitrite.
Scio enim quod mihi iratus est inclitus Neptunus.
Sic is hęc uersabat in mente, & in animo.
Interim ipsum magna unda ferebat saxosum ad littus.
Tūc pellisq; lacerata esset simulq; ossa fractus fuisset:
Nisi in mentibus posuisset caesia Minerva.
Ambabus autem manibus impulsus apprehendit saxosum
Quod tenuit suspirans, quo ad magna unda aduenit,
Et hęc quidē dūtaxat subterfugit, rediēs autē fluctus ipsū
Percussit impulsū: lōge autē ipsū proiecit in mare. (rursus
Vt autem Polypo ex latebra sua egrediente
Ad eius capillamenta densi lapilli tenentur,
Sic huius ad saxa ferocibus à manibus
Pili lacerati sunt, hunc autem magna unda cooperuit:
Tunc miser præter fatum periisset Vlysses,
Nisi sapientiam dedisset caesia Minerva.
Vnda egressus quæ cum strepitu frangitur incontinenti
Nabat extra ad terram, afficiens sicubi inueniret
Littoraq; depressa portusq; maris.
Sed quando iam fluuij iuxta ostium pulchre fluentis
Percuēit natans, hic iam ei uisus est locus optimus

Leuibus

E V.

49

Leuibus saxis: & tegmen erat uenti.
Cognouit autem profluentem, & precatus est suo in aō.
Audi Rex quicumq; es, multum supplicans ad te uenio
Fugiens ex mari Neptuni minas,
Verecundus quidem est & immortalibus Deis
Virorum quicumq; uenit errans, sicut & ego nunc:
Ad tuūq; fluctū, tuāq; genua supplex uenio, multū laborans
Sed miserere Rex supplicē autē me tibi fateor esse
Sic dixit, hic at statū sedauit suū fluctū, cōtiuit et undā.
Primum autē fecit tranquillitatem, hunc autem seruauit
Ad fluuij ostia, hic autem ambo genua curuauit
Manusq; fortes: mari. n. domitum erat charum cor.
Tumebat autē corpus totum, mare autē desluebat multum
Ab orēq; naribusq; hic autem sine spiritu, & sine uoce
Iacuit aliquātulū exn̄s, agustia atē ipsū grauis corripuit.
Sed quando iam respirauit, & in mentes animus congre=
Et tunc iam uittas à se soluit Dea, (gatus est:
Et has quidem in fluuium qui in mari frangitur iecit.
Retro autē ferebat magna unda per fluxū: statim autē Ino
Suscepit manibus amicis, hic autem ex fluuiio liberatus
Sub iūco iclinatus est: osculatus est autē uita donatē terrā.
Suspirans autem dixit ad suum magnanimum animum.
Hei mihi, quid patior? quid mihi grauius fiet?
Siquidem in fluuiio molestam noctem seruauero,
Ne me simul pruināq; mala, & germinare faciens ros,
Propter paucum spiritū consumpsit male affectū aō.
Aurā autem ex fluuiio frigida spirare solet in aurora.
Si autem altam ascendens & umbrosam syluam
Arbusculis in densis dormiuero, si me sinat
Frigus & labor, dulciorq; me somnus oppresserit,

Hom. Odys.

G

Ad naufragi
Vlyssis pre-
ces Calliroē
fluxum sistitVlysses expo-
nitur terræ.

Vlysses secū.



O D Y S S E A E

Timeo ne feris laceramentum & præda fiam.
 Sic cogitanti uisum est utilius esse.
 Perrexit autem ire in syluam: hanc autem propè aquã inuenit
 In propatulo, duo autem subiuit arbuta
 Ex eodẽ loco nata: unũ quidẽ oleastri, alterum autem oliuæ.
 Hæc quæ neq; uetorũ unquã pflarat uis humida spiratũ,
 Neq; unquam Sol lucens radijs percussit,
 Neq; imber transfuit penitus: adco densa
 Adiuicem nata erant implicite: quæ sub Vlysses
 Ingressus est: statim autem stratũ accumulauit manibus diuile
 Latum, foliorum enim erat copia abunde multa, *(Cis)*
 Quantum uel duos, uel tres uiros seruari
 Tempore hyemali, si & ualde seuiat.
 Hũc quidẽ uidẽs letatus est multa tolerã dius Vlysses:
 In autem medio dormiuit: copiã autem insudit foliorum.
 Sicut autẽ quãdo aliquis torrẽ cinere occultauit in nigro
 Agri in extremo, ubi non sunt uicini alij,
 Semen ignis seruans, ut non aliunde extinguatur.
 Sic Vlysses folijs coopertus est: hæc autem Minerua
 Sõnũ in oculis fudit, ut ipsum quiescere faceret celerrimẽ
 A grauibus laboribus, charas palpebras circumtegens.

Cõparatio.

ARGVMENTVM. Z. HOMERI
 COMPOSITIONIS

Minerua assistẽs in somnis Nausicæ Alcinoi, filiæ, iubet ipsam
 uellem ad fluitum ferenti lauaret propinquas enim ipsi esse nau-
 ptias. Hæc autem iussum facit: postea iudit cum ancillis. Au-
 diens autem ipsas Vlyssis, expergiscitur, & rogans Nausicam
 uellem & cibum ab ipsa capiens, sequitur eam in ciuitatem.

ODYSSEAE

ODYSSEAE. Z. HOMERI
 COMPOSITIONIS.

Zeta autem, Nausicæa uexit in Scheria Vlysem.



Quidem illic dormiebat multa pas-
 sus diuus Vlysses,
 somno & labore domitus: at Minerua
 iuit in Phæacum uirorum populumq;
 ciuitatemq;.

Phæacũsum
 origo.

Hi antea quidẽ quondam habitabant in lata Hyperia,
 Propè Cyclopes uiros superbos:
 Qui ipsos ledabant: uiribus autem potentiores erant.
 Hinc remouens duxit Nausithous speciosus.
 Collocauit autem in Scheria longè ab hominibus inda-
 gatoribus.

Nausithous.

Circum autẽ murum duxit ciuitati, et edificauit domos,
 Et templa fecit deorum, & diuisit agros.
 Sed hic quidem iam morte domitus ad infernum iuit.

Alcinous.

Alcinous autem tunc imperabat à Dijs consilia sciens.
 Huius quidem iuit ad domum Dea casta Minerua,
 Reditum Vlyssi magnanimo consultans.
 Perrexit autem ire in thalamum pulchrum, in quo puella
 Dormiebat immortalibus indole & specie similis,
 Nausicæa filia magnanimi Alcinoi.

Iuxta autem, due famule à gratijs pulchritudinẽ habentes
 A postibus utrinq; fores autem incertæ erant lucidæ.
 Hæc autem uenti sicut status irruit in cubilia puellæ.
 Stetit autem supra caput, & ipsam uerbis allocuta est.
 A similita filie in re nautica inelyti Dymantis.



O D Y S S E A E

Hæc ei cõtanea quidẽ erat: grata autem erat animo.
Huic ipsam a similitate allocuta est cæsia Minerva.
Minerva Nausicaa cur te sic negligentem genuit mater:
Nausicaa al- Vestes quidem tibi iacent neglectæ admirabiles:
loquitur. Tibi autẽ nuptiæ propè sunt: ubi oportet pulchras quã
Indui: alias aut his præbere qui te ducent. (ipsam)
Ex coniugio Ex his enim fama in homines ascendit
bona fama. Bona gaudebunt autem pater & honoranda mater.
Sed eamus loturæ simul atq; Aurora eluxerit:
Et te, ego cooperatrix simul sequar ut citissime
Pareris: quoniam non amplius diu uirgo eris.
Iam. n. te uxorem petunt optimates in populo
Omnium Phæacum, ubi tibi genus est, & ipsi.
Sed agè incita patrem inclytum sub auroram
Mulos & currum instruere, qui ferat
Vesteq; & peplos, & stragula admirabilia,
Et tibi ipsi sic multo melius quàm pedibus
Ire: multum enim longe lauacra sunt à ciuitate.
Hæc quidem sic locuta abiit cæsia Minerva
In Olympum, ubi dicunt deorum sedes firma semper
Esse: neq; uentis quatitur, neque unquam hymbre
Madesit: neq; nix insilit: sed ualde serenitas
Panditur sine nebula: albus autem incurrit, splendor.
In hoc delectantur beati Dei dies omnes.
Illuc abiit Cæsia postquam consuluit puellæ.
Statim autẽ aurora uenit pulchrã sellã hñs q̃ ipsã excipit
Nausicaã pulchrũ peplũ hñtẽ. statĩ at admirata ẽ somnũ
Perrexit autẽ ire per domos, ut nũciaret parẽtibus,
Patri charo & matri: inuenit autem intus existentes.
Hæc quidem in foco sedebat cum ancillis mulieribus

Z VI.

51

Pensa torquens purpurea. huic autem foras
Eunti obuiauit ad inclytos Reges
In consilium, quo ipsum uocauerant Phæaces illustres.
Hæc autem ualde propè stans charum patrẽ allocuta est.
Pater chare an non mihi instrueres currum
Altum rotatum, ubi inclytas uestes feram
In fluuium lauatura, quæ mihi sordidæ iacent.
Et tibi ipsi conuenit inter primos existenti
Consilia consultare puras corpori uestes habentem.
Quinq; autem tibi chari filij in domibus nati sunt:
Duo quidem maritati: tres autem celibes pubescentes.
Hi autem semper uolunt nuper lotas uestes habentes
In tripudium ire. hæc autẽ meæ menti omnia curæ sunt.
Sic dixit. uerecũdata est enĩ nouas nuptias denominare
Patri charo. hic autẽ omnia intellexit, & respõdit uerbo.
Neq; tibi mulos inuideo filia, neq; aliquid aliud,
Vade. at tibi famuli instruent currum
Altum pulchras rotas habentem tabulato aptatum.
Sic locutus famulis iussit: hi autem obediuerunt.
Hi quidem extra currum rotatum mulis tractum
Instruxerunt: mulosq; submiserũt, iunxerũtq; sub curru.
Puella autem ex thalamo portauit uestem lucidam.
Et hanc quidem deposuit bene polito in curru.
Mater autem in cista posuit gratum cibum
Omnis generis: obsonia autem imposuit & uinũ infudit
In utre caprimo. puella autem ascendit currum.
Dedit autem aureo in lechyto humidum oleum
Ut ungeretur cum ancillis mulieribus.
Hæc autem accepit flagellum & habenas splendidas.
Flagellauit autẽ ad impellendũ: strepitus autẽ erat mulorũ

Nausicaa Al
cinoo patri.



O D Y S S E Æ

Hi autē cōtinue festinabāt. ferebāt autem uestē & ipsam
Non solam, simul cum hac & ancillæ ibant aliæ.
Hæ autē quādo iam fluuij fluxū ad pulchrum uenerunt,
Vbi lauacra erant perpetua, multa autem aqua
Pulchra fluebat, ad ualde sordida etiam purganda:
Tunc hæ mulos quidem soluerunt a curru,
Et hos quidem impulerunt ad fluuium uorticosum
Ad comedendum gramen dulce. hæ autem à curru
Vestimēta māibus acceperūt, et adtulerūt ad nigrā aquā
Calcarunt autem in foueis uelociter certamē præferētēs
At postquam laueruntq; purgaueruntq; sordes omnes,
Deinceps extenderunt ad litus ubi maxime
Lapillos ad terram abluēbat mare.
Hæ autem lotæ & unctæ pingui oleo
Cœnam postea sumpserunt ad ripas fluuij.
Vestimenta autem Solis expectabant sicari splendore,
At postquam cibo delectatæ sunt, ancillæq; & ipsa
Pila hæ iudebant uitas abiicientes.
His autem Nausicaa alba ulnas incepit ludum.
Qualis autē Diana uadit per montem sagittis gaudens
Vel per Taygetum oblongum uel Erymanthum
Oblectata capris & uelocibus ceruis:
Cum hac autem simul Nymphæ filie Iouis ægidiferi
Agrestes ludunt. letatur autem mente Latona.
Omnes hæ capite supereminet & fronte
Facile autem discernitur: pulchre autem omnes.
Sic hæc ancillis præstabat uirgo indomita.
Sed quando iam futura erat iterum domum reuerti,
Iungens mulos plicansq; uestimenta pulchra:
Tunc alia rursus cogitauit Dea cœsia Minerua.

Nausicaa &
ministræ si-
mul lauantes.

Comparatur
Dianæ Nau-
sicaa.

Z A E R V I.

52

Vt Vlysses excitaretur, uideretq; pulchrā oculos puellam
Quæ eum Phæacum uirorum in ciuitatem duceret.
Pilam postea iccit in ancillam Regina,
Ab ancilla quidē errauit: profundē autē cecidit i uorticē.
Hæ autē ualde clamauerūt suscitatus ē at magnus Vlysses.
Sedens autem uoluebat in mente & in animo.
Heu me, quorum rursus hominum in terram ueniſ
Num hi contumeliosē & feris neq; iustis
An hospitales, & ipsis mens sit pia?
Quasi puellarum circumuenit me feminilis uox
Nympharum, quæ habitant montium alta cacumina,
Et fontes fluuiorum & ualles herboſas?
An homines sum iuxta humana uoce utentes.
Sed ego ipse experiar & uidebo.
Sic locutus ab arbusto egressus est magnus Vlysses:
Ex densa autem sylua ramum rupit manu forti,
Ut folijs cooperiret circa corpus pudenda uiri.
Perrexit autem ire, sicut leo montanus robore confusus,
Qui it imbres perpeſsus, & uentis infestatus, oculi autē ei
Ardent: at hic boues inuadit uel oues
Vel syluestres ceruas, hortatur autem ipsum uenter
Oues tentaturum, & in clausam domum ire.
Sic Vlysses puellis pulchricomis futurus erat
Miseri, nudus licet existens: necessitas enim cepit.
Terribilis autem ipsis apparuit afflictatus ſalsugine.
Fugerunt autem aliæ aliò in littora prominentia.
Sola autem Alcinoi filia mansit: huic enim Minerua
Fiduciā in mentibus posuit & timorē extraxit mēbris,
Stetit autem contra se habens, cogitabat autem Vlysses,
An gēibus, precaretur apprehēdēs pulchrā oculos puellā.

Terrentur
puelle uiso
nudo Vlyſ-
se.



O D Y S S E A E

An sic uerbis de longè dulcibus
Precaretur, si ostèdere ciuitatè & uestimenta dare uellet.
Sic igitur ei cogitanti uisum est melius esse
Precari uerbis de longè dulcibus,
Ne ei genua apprehendenti irasceretur mente puella:
Statim dulcem & prudentem dixit sermonem.

Oro te Regina. Dea ne aliqua, an mortalis es?
Siquidem aliqua Dea es quæ cælum latum habitant:
Diane te ego Iouis filie magni
Specieq; magnitudinèq; indoleq; proximè a similo.
Si autem aliquis es hominum qui in terra habitant,
Ter beati tibi pater & uenerabilis mater,
Ter beati quidem fratres ualde ipsis animus
Semper lætitijs lætatur propter te
Videntibus tale germen choream ingrediens.
Ille autem rursus in animo felicissimus supra cæteros
Qui te, dotibus præponderans, domum ducet.
Nondum, n. talem uidi hominem oculis
Neq; uirū, neq; foeminam, admiratio me tenet inspicenti,
Delo quondam talem, Apollinis apud altare,
Palmæ nouum rannum pullulantem uidi.
Veni, n. & illuc, multus autem mihi fuit populus
In uia, quæ profectò futura erat mihi mali dolores.
Similiter autem & illum uidens obstupui animo
Diu, quoniam nunquam tale pullulauit lignum de terrâ.
Sic te mulier admirorq; stupeorq; timeorq; grauitè
Genua tangere, magnus autem me dolor tenet.
Hesternus uigesimo fugi die nigrum pontum.
Tandiu aut me semper unda portauit, uelocesq; procellæ,
Insula ab Ogygia, nunc autem huc deiecit fortuna,

Vlysses Nau-
sicaam sup-
plex alloqui-
tur.

Z

VI.

53

Vt etiam & hic patiar malum, non enim puto
Quiescere, sed adhuc multa Dei perficiunt in futurum.
Sed Regina miserere, te, n. mala multa passus
Ad primam ueni, aliorum autem nullum uidi
Hominum, qui hanc ciuitatem & terram habitant.
Vrbè autem mihi ostende, da aut mihi uestè ad induendū.
Siquid tegumentum uestium habes huc profecta.
Tibi autem Dei tot dent quot mentibus tuis cogitas:
Virumq; & domum & concordiam præbeant
Bonam, neq; n. hoc potius & melius,
Quàm quando concordēs sententijs domum habitant
Vir & uxor, multi dolores inimicis.
Gaudia autem amicis, maxime autem audiunt ipsi.
Hunc aut rursus Nausicaa alba uulnas cõtra locuta est. Nausicaa res
Hospes quoniam, neq; malo neq; stulto uiro similis es. sspõdet Vlyssi
Iupiter autem ipse tribuit diuitias olympius hominibus
Bonis & malis quomodo uelit unicuiq;
Et tibi hæc dedit, te autem oportet tolerare tamen.
Nunc autem quoniam nostrâ in urbem & terrâ uenisti.
Neq; ueste egebis, neq; aliquo alio
Quorum decet supplicem ærumnosum obuiantem.
Vrbem aut tibi ostendam: dicam aut tibi nomè populorū.
Phæaces quidem hanc urbem & terram habitant.
Sum autem ego filia magnanimi Alcinoi.
Ex hoc autem Phæacum dependet potentiaq; uisq;
Dixit & ancillis pulchricomis iussit.
State mihi ancille, quò fugitis uirum intuite?
An aliquem inimicorum dixistis esse uirorum?
Neq; est hic uir uiuens homo, neq; sit
Qui Phæacum uirorum in terram ueniat



O D Y S S E A E

Bellum ferens. ualde enim dilecti immortalibus.
Habitamus autem seorsum in undoso mari
Vltimi: neq; aliquis nobis homo miscetur alius.
Sed hic quidam infelix errans huc uenit.
Hunc nunc oportet curare: ab Ioue enim sunt omnes
Hospitesq; pauperesq;: donum autem paruūq; gratūq;
Sed date ancillae hospiti cibumq; potumq;.
Lauate autem in fluuio ubi obex est uenti.

Sic dixit. hae autē steterūt, & inuicē se hortatē sunt.
Vlyssē autem sedere fecerunt in operto, sicut iussit
Nausicaa filia magnanimi Alcinoi.
Iuxta at̄ ipsum palliūq; & tunicā indumenta posuerunt.
Dederunt autem ei aureo in lecytho humidum oleum.
Iusserunt autem ipsum lauari fluuij fluentibus.
Tunc ancillas allocutus est magnus Vlysses.

Ancillae stāte sic à longē, ut ego ipse
Salsuginem humeris abluam: circum autem oleo
Vngar: certe enim diu à corpore abest unctio.
Coram autem non ego abluar. erubescō enim
Nudari puellas pulchricomas inter ueniens.

Sic dixit. hae autem longē iuerunt: dixerunt autē puellae
At hic ex fluuio de corpore lauabat magnus Vlysses
Salsuginem, quae ei dorso & latos ambiebat humeros.
Ex capite autem absterfit maris situm profundi.
At postquam iam omne lauit, & oleo unxit:
Circū autē uestimēta idutus ē quae ei praebuit uirgo iadōtia.
Hunc quidem Minerva fecit Ioue prognata
Maioremq; uisu, & crassiolem: à capite autem
Crispas demisit comas hyacintino flori similes.
Sicut autem quando aliquis aurum circūsfudit argēto.

Z E T Y VI.

54

Peritus, quem Vulcanus docuit & Pallas Minerva
Artem omnigenam: gratiosa autem opera perficit.
Sic huic infudit gratiam capitiq; & humeris.
Sedit autem postea longē profectus in littus maris
Pulchritudine et gratijs spēdēs, admirabatur autē puella.
Tunc profectio ancillas pulchricomas allocuta est.

Audite me ancillae albae ulnas, ut aliquid dicam
Nō omnū praeter uolūtate deorū qui Olympum habitāt
Phaeacibus: hic uir miscetur dijs paribus.

Antea enim mihi indecens uidebatur esse.
Nunc autem Dijs similis est, qui caelum latum habitant.
Vtinam enim mihi talis uir uocatus esset
Hic habitans: & ei placeret hic manere.

Sed date ancillae hospiti cibumq; potumq;.
Sic dixit. hae at̄ hāc ualde gādē audiuerūt et obediuerūt.
Apuđ autem Vlyssē posuerunt cibumq; potumq;.
Hic autē bibit, & comedit multa passus magnus Vlysses

Raptim: diu enim cibi erat ieiunus.
Sed Nausicaa ulnas alba alia cogitauit.

Vestes igitur plicans posuit pulchro in curru.
Iunxit autē mulos fortium unguium: ascēdit autem ipsa:
Concitauit autē Vlyssē, uerbumq; dixit & compellauit.

Mouearis nunc hospes in urbem ire, ut te mittam
Patris mei in domum prudentis: ubi te dico
Omnium Phaeacum uisurum esse, quotquot optinū.
Sed ualde sic fac (uideris autē mihi nequaquā imprudēs esse)

Donec per agros iuerimus & opera hominum.
Tandiu cum ancillis post mulos, & currum
Velociter uenias: ego autem dux ero uiae.

Sed postquam in urbem iuerimus, quam circum turris

Nausicaa se
secuturo Vlysi
patris
domū describit.

Urbis descriptio.



O D Y S S E Æ

Alta pulcher autem portus ex utraq; parte ciuitatis.
Angustus autem introitus. naues autem in uia utring; remis
Seruantur omnibus. non nauale est unicuiq;. *(Gitat.)*
Illic uero ipsis forum, pulchrum templum Neptumi circa
Tractis lapidibus effossis coaptatum.
Ibi nauium arma nigrarum curant
Rudentes et uela, et poliunt remos,
Non enim Phæacibus curæ est arcus neq; pharetra:
Sed mali et remi nauium, et naues æquales,
Quibus gaudentes canum transeunt mare.
Horum fugio famam amaram ne quis in posterum
Vituperet. ualde autem sunt superbi in populo.
Et aliquis sic dicat peior obuians.
Quis autem hic Nausicaa sequitur pulcherq; magnusq;
Hospes: ubi autem ipsum inuenit? uir certe crit ipsi,
An aliquem errantem excepit sua à nauī
Virorum peregrinorum: quoniam nulli propè sunt.
An aliquis ei precati multis exoratus precibus deus uenit,
Caelitus descendens. habebit autem ipsum diebus omnibus.
Melius scilicet si ipsa abiens uirum inuenerit
Aliunde. certe enim hos in honore in populo
Phæaces: qui ipsam in uxorem petunt multiq; et boni.
Sic dicent. mihi autem opprobria hæc essent
Et alij succensero quæ talia faceret:
Quæ inuitis charis patre et matre, existentibus
Viris miscetur, priusquam manifestæ nuptiæ uenerint.
Tu autem hospes sic meum intellige uerbum, ut citissimè
Deductionem et reditum consequaris à patre meo.
Inueniemus splendidum nemus Mineruæ propè uiam
Alnorum. fons autem effluit: circa autem pratium.

Z VI.

55

Illic autem patris mei templum florensque uinea est
Tantum ab urbe quantum auditur clamans:
Vbi sedens mane tandiu, donec nos
Ad urbem uerimus et peruenimus domos patris.
Sed postquam nos existimaueris ad domos peruenisse
Et tunc Phæacum in urbem uade, et interroga
Domos patris mei magnanimi Alcinoi.
Facile autem nota sunt etiam si puer præiret
Infans. non enim similes his fabricatae sunt
Domos Phæacum, qualis domus Alcinoi,
O heros, sed quando te domus occultauerint et aula
Celeriter ualde ex domo pertransas donec ueneris
Ad matrem meam. hæc autem sedet in foco in ignis splendore
Pensa torquens purpurea mirabile uisu.
Columnæ inclinata, ancillæ autem ei sedent à tergo.
Illic autem patris mei solium inclinatum est ad ipsam.
In hoc hic uinum bibit sedens Deus tanquam.
Hunc præteriens matris ad genua manus
Iace nostræ, ut reducem diem uideas
Gaudens statim, etsi ualde longè es.
Si tibi illa, benigna cogitauerit in animo,
Spes tibi postea amicosque uidere et peruenire
In domum bene ædificatam et tuam in patriam terram.
Sic locuta uerberauit flagello splendido
Mulos. hi autem celeriter reliquerunt fluminis fluenti.
Hi autem bene quidem currebant, bene autem percutiebant pedibus.
Hæc autem ualde moderabatur, ut simul sequeretur pedestres
Ancillæque Ulyssesque, cum prudentia autem iniecit flagellum.
Occidit autem Sol, et hi ad ineluctum nemus perueniunt.
Sacrum Mineruæ, ubi sedit magnus Ulysses.



ODYSSEAE

Statim postea precatus est Iouis filiam magni.

Audi me ægidiferi Iouis filia indomita.

Nunc me audi postquam antea nunquam audiisti
Afflictum, quando me affligebat inclytus Neptunus.
Da me in Phæaces amicum uenire & miserabilem.

Minerua Neptunū uerita. Sic dixit precans. Hunc autē audiuit Pallas Minerua.
Ei autem nondum apparuit coram, uerebatur enim
Patruum. hic autem uehementer iratus erat
Dijs pari Vlyssi antequam in suam terram perueniret.

ARGUMENTVM. H. HOMERI COMPOSITIONIS.

Nausicaa in ciuitatem peruenit. & paulopost Vlysses precatur
Areten Alcinoi regis uxorem. & post coenam interrogante
ea unde uestem habuisset, (agnouit enim ipsam) quæ contige-
re sibi inter nauigandum ab Ogygia usque ad Phæacum
terram, narrat.

ODYSSEAE. H. HOMERI COMPOSITIONIS.

56

Ita autem bene consulunt Vlyssi Scheriae reges.



IC Quidem tūc precabatur multa passus
magnus Vlysses.

Puellam autem ad ciuitatem duxit robor
mulorum.

Hæc autem quando iam sui patris ad in-
clytas domos peruenit,

Stetit in uestibulis: fratres autem ipsam circum

Steterunt, immortalibus similes, qui à curra

Mulos soluerunt, uestemq; intulerunt intro.

Ipsa autem in thalamū suū iuit. accēdebat at ipsi ignem

Vetula Apiræa cubicularia Eurymedusa:

Hanc quōdā ex Apira naues duxerunt quæ utrinq; remis

Alcinoo at ipsam donū selegerūt, quoniā oibus (ipellatur:

Phæacibus imperabat. deū aut tanquā populus audiebat.

Hæc nutriuit Nausicaan albam ulnas in domibus.

Hæc ei ignem accendit: & intus coenam preparauit.

Et tūc Vlysses motus ē ad ciuitatē ire. circū aut Minerua

Multam caliginem fudit amica consulens Vlyssi,

Ne quis Phæacum magnanimorum obuians

Conuitiareturq; uerbis, & interrogaret quis esset.

Sed quādo iam futurus erat ciuitatem ingredi anabilem,

Tunc ei obuiauit Dea cæssa Minerua,

Virgini similis puellæ urnam habenti.

Stetit aut ante ipsum: interrogauit aut magnus Vlysses.

O filia nonne me ad domum uiri duceres

*Eurymedusa
nutrix.*

*Vlyssi Miner
ua firmā mē-
tita Nceuidis
fit obuiam.*



O D Y S S E A E

Alcinoi inter hos homines imperat?
Etenim ego hospes miser huc peruenio
A longe ex Apia terra. ideo nullum cognosco
Hominum, qui hanc ciuitatem & terram habitant.
Hunc autem rursus allocuta est Dea caesia Minerua.
Tibi. n. ego hospes pater domum quam me iubet
Demonstrabo, quoniam prope patrem meum bonum habitant.
Sed ueni tacite sic ego autem dux ero uiae.
Neque aliquem hominum aspicias, neque interrogas:
Non enim hospites hi ualde homines tollerant.
Neque amantes hospitio accipiunt eum qui aliunde uenit.
Nauibus celeribus hi confisi uelocibus
Vndam magnam pertranserunt, quoniam ipsis dedit Saturnus
Horum naues ueloces, tanquam penna uel cogitatio,

Vlysses et Mi
nerua in aedes
Alcinoi pdu
citur septus
a nebula.

Phaeaces inge
nosi.

Sic locuta prauiit Pallas Minerua
Statim. hic autem Postea post uestigia iuit Dea.
Hunc igitur Phaeaces in re nautica inclyti non cognouerunt
Euntem per ciuitatem inter ipsos. non enim Minerua
Permittebat pulchricoma grauis Dea, quae ei nebulam
Diuinam insudit amica consulens in animo.
Admirabatur autem Vlysses portus & naues aequales:
Ipsorumque heroum fora & moenia longa,
Alta, palis aptata, mirabile uisu.
Sed quando iam Regis ad inclytas domos peruenierunt:
Inter ipsos uerba incepit Dea caesia Minerua.
Hec iam tibi hospes pater domus, quam me iubet
Dicere. inuenies autem generosos reges
Conuiuui conuiuantes. tu autem intro uade. neque aliquid aliud
Time. A V D A X. n. uir in omnibus melior
Operibus est, et si aliunde ueniat.

Reginam

H VII.

57

Reginam quidem primum inuenies in domibus,
Arete autem nomine est cognominata, ex parentibus autem
Eisdem qui genuerunt Alcinoem Regem. Arete uxor
Alcinoi.
Nausithoum quidem primum Neptunus quatiens terram
Genuit & Periboëa mulierum specie optima,
Minima, filia magnanimi Eurymedontis: Eurymedon.
Qui quondam magnanimis gigantibus imperauit.
Sed hic quidem amisit populum iniustum, perijt & ipse.
Huic Neptunus mixtus est, & genuit filium
Nausithoum magnanimum, hic in Phaeacibus regnauit. Nausithous.
Nausithous autem genuit Rhexenoremque, Alcinoemque. Rhexenor.
Hic quidem sine filio existente sagittis interfecit argenteum hirsutum
Sposum in domo, unam solam filiam relinquentem arcum Apollo
Aretem. hanc autem Alcinoeus fecit uxorem:
Et ipsam honorauit sicut nulla in terra honoratur alia
Quaecumque nunc mulieres sub uiris domum habitant.
Sic illa ex animo honorata est, & honoratur
Ex charis filijs exque ipso Alcinoe,
Et populis qui ipsam Deam tanquam insipientes
Excipiunt uerbis quando it per ciuitatem.
Non enim mente & ipsa indiget bona
Quibus bene consulit, & uiris contentiones soluit.
Si illa amica consuluerit in animo,
Spes tibi postea amicosque uidere, & peruenire
Domum in altam, & tuam in patriam terram.
Sic locuta abiit Caesia Minerua
In pontum profundum. reliquit autem Scheriam amabilem.
Peruenit autem in Marathonem, & latas Athenas.
Ingressa est autem Erechthei clausam domum. at Vlysses
Alcinoi in domos iuit inclytas. multa autem ei animus

Hom. Odyss.

H



O D Y S S E A E

Alcinoi re-
gia describi-
tur.

Cogitabat antequam arcum pauimentum perueniret:
Sicut enim Solis splendor, uel Lunæ erat
In domo alta magnanimi Alcinoi.
Aerei quidem muri firmati erant hinc & inde
Ad penetrabile ex limine: circum autem pinnae cyaneæ.
Auræ autem fores clausam domum intus claudebant.
Argenteæ autem postes in æreo stabant limine.
Argenteum autem super liminare: aurea autem cornicula.
Aurei autem utrinque, & argentei canes erant:
Quos Vulcanus fecerat peritis scientijs
Ad domum custodiendam magnanimi Alcinoi:
Immortales existentes & insenescentes dies omnes.
Intus autem sedes circa murum firmatæ erant hinc & inde
Ad penetrabile ex limine penitus, ubi uestes
Subtiles bene filatæ impositæ erant opera mulierum.
Illic autem Phæacum principes sedebant
Bibentes & comedentes: toto anno enim eas habebant.
Aurei autem iuuenes bene edificatis in aris
Stabant, ardentes lampades in manibus habentes,
Prælucentes per noctes in domibus conuiujs.
Quinquaginta autem ei famule in domo femineæ:
Aliæ quidem molunt in molis flauum fructum:
Aliæ autem telas texunt & pensa uoluunt
Sedentes, tanquam folia proceræ alni.
Tramatis autem è uestibus destillabat humidum oleum.
Quantum Phæaces supra omnes periti uiros
Nauem uelocem in ponto impellere: sic & Mulieres
Telam facere, ualde enim ipsis dedit Minerva,
Operaque scire perpulchra & mentes bonas.
Extra autem aulam magnus hortus propè portas

H VII.

58

Quatuor iugerum: circum autem septum ductum est undique.
Illic autem arbores magnæ erant uirescentes:
Pyræ & mala punica, et mali pulchros fructus habentes: bilis.
Ficique dulces & oleæ uirescentes:
Harum neque fructus perit, neque deficit
Hyeme, neque æstate, durans toto anno, sed ualde semper
zephyri aura spiras hæc quæ producit, alia autem maturat.
Pyrum post pyræ senescit: malum autem post malum:
At post uiam, uia: ficus autem post ficum.
Illic autem ei fructifera uinea radicata est.
Huius altera quidem area plano in loco
Siccatur Sole: alia autem uindemiatur:
Alia autem calcant: iuxta autem immaturæ sunt
Florem amittentes: alia autem maturescunt.
Illic autem bene dispositæ parce ad ultimum ordinem
Omnis generis erant, per totum annum florentes.
Intus autem duo fontes, alter quidem per hortum totum
Spargitur, alter autem ex altera parte sub aula limen mittit
In domum altam, unde aquantur eiues. (fluxum
Talia in Alcinoi domo deorum erant inelyta dona.
Illic stans admirabitur multa passus magnus Vlysses.
Sed postquam omnia suo admiratus est animo,
Velociter trans limen iuit in domum.
Inuenit autem Phæacum proceres & principes
Sacrificantes poculis speculatori Mercurio:
Cui ultimo libabant, quando appetebant somnium.
Sed iuit per domum multa passus magnus Vlysses
Multam nebulam habens quæ ei circumfusit Minerva:
Donec peruenit ad Aretenque, & Alcinoi regem.
Circum igitur Aretes genua posuit manus Vlysses.

Mercurio ul-
timo libari
consuetum.



O D Y S S E A E

Et tunc iam ab ipso rursus euauit diuina nebula.
Hi autem taciti facti sunt in domo uirum uidentes:
Admirabantur autē aspicientes. supplicabat autē Vlysses
Areten Vlysses supplex orat.
Arete filia Rhexenoridis Dijs æqualis
Ad tuum uirum tuāq; genua accedo multa passus:
Et ad hos conuiuas, quibus Dij opulenter dent
Viuerē, & filijs committant unusquisq;
Possessiones in domibus, honoremq; quem populus decellit.
At mihi reditum præparate in patriam peruenire
Cito, quoniam diu procul ab amicis calamitates patior.
Sic locutus sedit in foco in cineribus
Apuđ ignem. hi autem omnes taciti facti sunt silentio.
Tandem autem locutus est senex heros Echeneus,
Qui quidem Phæacibus uiris natu maior erat,
Et uerbis ornatus erat, antiquaq; multaq; sciens.
Qui ipsis bene consulens concionatus est, & dixit.
Alcinoë non certe hoc bonum, neq; decet
Hospitem quidem humi sedere in foco in cineribus.
Hi autem tuum uerbum expectantes detinentur.
Sed age iam hospitem quidē in folio argēteis clauis ornatum
Fac sedere attollens. tu autem præconibus iube
Vinum immiscere, ut & Ioui gaudenti fulmine
Libemus, qui supplices uenerandos sequitur:
Coenam autē hospiti famula det ex rebus quæ sunt intus.
At postquam hoc audiuit sacra potestas Alcinoi,
Manu capiens Vlyssē prudentem uarij consilij
Mouit à foco & in folio sedere fecit lucido:
Filiū excitans amantem uiros Laodamanta
Qui eum propē sedebat: maxime autem ipsum diligebat.
Aquam autem famula gutturnio infudit portans

H VII.

59

Pulchro, aureo, super argenteo lebete
Ad abluendum, iuxta autem politam extendit mensam.
Panem autem casta proma apposuit ferens,
Cibos multos imponēs, gratificans ex præsentibus rebus.
Sed bibebat & comedebat multa passus dius Vlysses.
Et tunc præconem allocuta est potentia Alcinoi.
Pontonoë crateram miscens, uinum distribue
Omnibus per domum, ut & Ioui gaudenti fulmine
Libemus, qui supplices uenerandos sequitur.
Sic dixit. Pontonous autem dulce uinum miscuit:
Distribuit autem omnibus libans poculis.
At postquam libaueruntq; biberuntq; quantum uolebat
His Alcinoi locutus est, & dixit. (animus,
Audite Phæacum duces & principes
Ut dicam quæ me animus in pectoribus hortatur.
Nunc quidem conuiuati dormite domum profecti:
Mane autem senes complures aduocantes
Hospitem in domibus accipiemus conuiuio, ac Dijs
Sacrificabimus sacra pulchra, postea autem & de reditu
Curabimus, ut hospes sine labore & tristitia
Deductione nostram in suam patriam terram perueniat
Gaudens uelociter: etiam si ualde longè est.
Ne quid interim malum, nocumentum ue patiatur,
Priusquam ipse in suam terram perueniat, illic aut postea
Patietur quæcumq; ei fatum parcaq; graues
Nascenti filauerunt lino, quando ipsum peperit mater.
Si autem aliquis immortalium de celo uenit
Aliud quid iam hoc postea Dij machinantur.
Semper enim antea Dij apparent manifesti
Nobis, quando sacrificamus inclytas hecatombas.

Pontonous
præco.Alcinoi
Phæacibus
de hospite.



O D Y S S E Æ

Conuiuaturq; apud nos sedentes ubi & nos.
Si autem aliquis & solus iens occurreret uiator
Nullo modo occultant, quoniam ipsos propè sumus:
Quemadmodum Cyclopesq; & agrestes gètes gigantum.

Hunc autem, respòdens, allocutus est prudens Vlysses.
Alcinoë aliud quid tibi curæ sit mentibus, non enim ego
Immortalibus similis sum, qui calum latum habitant,
Neque corpore, neq; indole: sed mortalibus hominibus
Quos uos scitis maxime portantes arumnam
Hominum quibus in doloribus æqualis sum.
Et adhuc etiam plura ego mala dicerem,
Que cum certe omnia deorum uoluntate passus sum.
Sed me quidem cœnare finite dolentem quamuis.

Non enim odio uentre peius aliud
Est, qui iubet sui recordari necessitate
Et ualde afflictū aliquē, & in mētibus dolorē habentem.
Sic & ego luctū quidē habeo mētibus hic aut ualde semel
Comedere iubet, & bibere, & me omnium (per
Obluisci facit, quæcunq; passus sum, & repleti iubet.
Vos autem festinate simulatq; aurora apparuerit
Ut me infelicem meam imponatis in patriam,
Quāuis multa passum, ubi semel uidero, et relinquat uis
Possessionem meam famulosq; & altam magnā domum.

Sic dixit. hi autem omnes laudabant, & hortabantur
Deducere hospitem, quoniam decenter dixit.
Sed postquā libauerunt biberuntq; quantum uoluit aut
Hi quidem dormituri iuerunt domum unusquisq;
Sed in domo relictus est dius Vlysses, (ditus
Apud aut ipsam Areteq; & Alcinoüs diuina spē præ
Sederunt famule autem auferebant uasa conuiuij.

H VII.

60

His autem Arete alba ulnas incepit uerba.
Agnouit enim pallium & tunicam, uestimenta uidens
Pulchra, quæ ipsa fecerat cum ancillis mulieribus.
Et ipsum alloquens uerba pennata dixit.
Hospes hoc quidem te primum interrogabo ipsa.
Quis unde uenis uirorum? quis tibi hæc uestimēta dedit?
An non dicis in mari errans huc uenisse?

Hanc autem, respòdens, allocutus est prudens Vlysses.
Difficile Regina perpetuo dicere
Dolores, quoniam mihi multos dederunt Di; celestes.
Hoc autem tibi dicam quod me interrogas & inquiris.
Ogygia quædam insula longè in mari iacet,
Vbi Athlantis filia dolosa Calypsò
Habitat pulchricoma quamuis Dea: neq; aliquis ipsi
Miscetur, neq; deorum, neq; mortalium hominum.
Sed me infelicem domesticum duxit fortuna
Solum, quoniam mihi nauem uelocem candenti fulmine
Iupiter iaculatus discidit medio in nigro mari.

Vbi alij quidem omnes periire boni socij.
At ego uel carinam ulnis capiens nauis utrinq; remis agi
Nouem diebus ferebar: decima aut me nocte nigra (tatæ
Insulam in Ogygiam appulerunt Di; ubi Calypsò
Habitat pulchricoma quamuis Dea, quæ me suscipiens
Accurate excepit, & alebat, & dicebat
Facere immortalem, & in senescentem diebus omnibus.
Sed meum nunq; animum in pectoribus persuasit. (per
Illic quæ septē annos permāsi firmiter, uestimēta aut semel
Lachrymis madefaciebam, quæ mihi immortalia dedit Ca
Sed quādo iam octauus reuolutus annus uenit: (lypsò
Et tunc iam me iussit concitans redire

H iij

Vlysses inter
rogatus Are
te suos labo
res exponit



O D Y S S E A E

Iouis ex nuncio, uel etiam mens mutata est ipsius.
Misit autem supra ratem consutilem: multa autem dedit,
Panem & uinum dulce, & immortales uestes induit.
Ventum autem præmisit innocuum suauemq;
Septē & decē quidē nauigabā dies per mare iter faciētes:
Octauo autem & decimo apparuerunt montes umbrosi
Terra uestræ letatum est autem mihi charum cor
Infelici certe enim futurus erā adhuc conflictari ærumna
Multa, quam mihi immisit Neptunus quatiens terram:
Qui in me incitans uentos, impediuit uias.
Commoit autem mare immensum: neq; unda
Sinebat, in rate ualde suspirantem ferri,
Quam quidem procella dissipauit, at ego
Natans hanc undam transiui donec terræ
Vestræ appulit ferens uentusq; & aqua.
Vbi me exeuntem impulit unda in terram
Petras ad magnas immittens, & non oblectabile locum
Sed regrediens nataui rursus quousq; ingressus sum
In fluuium, illic mihi uisus est locus optimus,
Expeditus petris, & obex erat uenti.
Egressus sum autem animum refocillans: diuina autē nos
Superuenit ego autem seorsum à fluente fluuio
Egressus in uirgultis dormiui: circum autem folia
Congregauī, somnum autem Deus immensum infudit.
Illic quidem in folijs charum cruciatus cor
Dormiui tota nocte, & in Auroram, & medium diem.
Occidit autem Sol, & me dulcis somnus dimisit.
Ancillas autem in litore tuæ uidi filie
Ludentes inter autem ipsa erat similis Dijs: (bono.
Quam precatus sum, hæc autē nihil intellectu aberrauit

H VII.

61

Sic non sperares iuniorem obuiuantem
Facere, semper enim iuniores imprudenter agunt.
Hæc mihi panem dedit satis & nigrum uinum.
Et lauit in fluuio: & mihi hæc uestimenta dedit.
Hæc tibi dolens licet uerè dixi.
Huic autem rursus Alcinous respondit, locutusq; est.
Hospes certe quidem hoc decens non cogitauit
Filia mea: quoniam te non cum ancillis mulieribus
Duxit in nostram domum: tu autē primam precatus es.
Hunc autem, respondens, allocutus est prudens Ulysses.
Heros, ne mihi huius gratia irreprehensibilem accusa
Hæc enim me iussit cum ancillis sequi. (puellam.
Sed ego non uolui ueritus & crubescens.
Ne aliquo modo & tibi animus irasceret uidenti.
Valde zelotypi enim sumus in terra genus hominum.
Huic autem rursus Alcinous respondit, locutusq; est.
Hospes non mihi tale in pectoribus charum cor
Ab re irasci, meliora autem iusta omnia.
utinam enim Iupiterq; pater & Minerua & Apollo
Talis existens qualis es, & hæc q; sentiens, quæ ego,
Filiamq; meam haberes, & meus gener uocareris
Hic manens, domum autem ego & opes darem,
Si uolens maneres, inuitum autem te nullus detinebit
Phæacum, neque sic gratum Ioui patri sit.
Deductionem autem adhuc ego perficiam, ut bene scias,
Crastinum diem interim autem tu quidē domitus somno
Dormies, hi autē remis impellēt p̄ tranquillū mare, ut puenias
In patriam tuam, & domum, & si quod aliud gratum est.
Etiam si ualde multo longius est Euboëa.
Hanc enim longissime ferunt esse, qui ipsam uiderunt

Alcinous op-
tāt Ulyssē
sibi generū.

Alcinous
Ulyssi pmit-
tit auxilium.



O D Y S S E A E

Populorum nostrorum: quando flauum Rhadamantuum
Duxerunt uisurum Tityum terræ filium.
Et quidem hi illuc uenerunt, & sine labore perfecerrunt
Die eodem, & reduxerunt domum retro.

Scies autem & ipse in mentibus quantum optima
Naues meæ, & iuuenes reijcere mare remo.

Sic dixit. lætatus est aut multū tolerās gñosus Vlysses.
Precans autem dixit, uerbumq; fecit, & compellauit.

Iupiter pater utinam quæcunq; dixit perficiat omnia
Alcinous illius in alumna terra,

Immortalis gloria esset, ego autē in patriam peruenirem.

Sic hi quidem talia ad se mutuo loquebantur.

Iussit autem Arete alba ulnas ancillis

Lectos sub porticu ponere & stragula pulchra

Purpurea iniicere, sternereq; desuper tapetes.

Lenasq; imponere subtiles desuper ad induendum.

Hæ autem iuerunt ex domo lumen in manibus tenentes.

At postquam strauerunt densum lectum festinantes

Incitarunt Vlyssē astantes uerbis.

Surge dormire hospes: factus est autem tibi lectus.

Sic dixerunt. huic autem iocūdum uisum est dormire.

Sic hic quidē tunc dormiebat multa passus magnus Vlysses.

Tessellatis in lectis sub porticu resonanti.

Alcinous autem dormiuit in conclauis domus altæ:

Iuxta autem uxor Regina lectum parauit & cubile.

O D Y S S E A E VIII.

ARGVMENTVM. O. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Concio fit Phæacum de hospite: & nauis detrahitur ad deduc-
tionem Vlyssis, & epulantur apud Alcinoum Phæacum opti-
mates. Et post hæc disco certant Phæaces & Vlysses. Et De-
modocus canit primum quidem de adulterio Martis & Veneris.
postea de introductione lignei equi. Et Vlyssē silentem inter-
rogat, quis, & vnde sit.

O D Y S S E A E. O. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Thia autem, certaminibus Phæaces Vlyssē tentauerunt.



VANDO autem mane genita ap-
paruit rosea digitos Aurora,

Surrexit ex lecto sacra potestas Al-
cinoi

Generosus quoque surrexit urbium
populator Vlysses.

Hos autem duxit sacrum robur Alcinoi
Phæacum ad concionem, quæ ipsis apud naues facta est.

Profecti autem sederunt in politis lapidibus

Propè. per ciuitatem autem iuit Pallas Minerva,

Similis præconi prudentis Alcinoi



O D Y S S E A E

Reditum Vlysi magnanimo consultans.
Et unicuiq; uiro astant dixit uerbum.

Huc agite Phaeacum proceres & principes
In concione ite, ut hospitem audiat, is,
Qui nuper Alcinoi prudentis peruenit domum,
Per mare errans, cor pore immortalibus similis.

Sic dicens excitauit uires, & animum uniuscuiusq;
Statim autem impletæ sunt hominibus cõciones & sedes
Sese congregantibus, multi enim admirati sunt uidentes
Filium Laertæ prudentem, huic autem Minerva
Diuinam infudit gratiam capitiq; & humeris,
Et ipsum longiorem & crastorem fecit uisu,
Ut Phaeacibus gratus omnibus fieret,
Grauisq; & uenerabilis: & perficeret certamina
Multa, quibus Phaeaces tentauerunt Vlyssem.
At postquam conuenere simulq; & congregati sunt,
His Alcimous concionatus est, & dixit.

Alcimous
Phaeaces in
concione hor
tatur ut Vly
sem iuuent

Audite Phaeacum proceres & principes
Ut dicam, quæ me animus in pectoribus hortatur.
Hospes hic nescio quis errans peruenit meam domum
An ab orientalibus, an occidentalibus hominibus:
Ad deductionem autem nos incitat, & precatur ratum esse.
Nos autem sicut antea ad deductionem paremus.
Neq; enim neq; aliquis alius, qui meas domos peruenit
Hic lugens diu manet propter deductionem.
Sed agite nauem nigram deducamus in mare magnum
Primo nauigantem, iuuenes autem duo & quinquaginta
Elegantur in populo qui antea sunt optimi.
Ligantes autem bene omnes in transtris remos
Exite, sed postea citum curate conuiuium

⊙ VIII.

63

Ad nostram domum uenientes, ego autem bene omnibus præbebo. Alcimous pra
rat conuiuium.

Iuuenibus quidem hæc mando, at alij
Sceptrygeri Reges meas ad domos pulchras
Venite, ut hospitem in domibus accipiamus conuiuio,
Neq; aliquis neget, accersant autem diuinum cantorem
Demodocum, huic enim Deus supra cæteros dedit cantum
Oblectare, quocumq; animus incitat ipsum ad canendum.

Sic locutus præiuit, hi autem unam secuti sunt
Sceptrygeri, præco autem adiit diuinum cantorem.
Iuuenes autem electi duo & quinquaginta
Iuerunt sicut iussit in littus maris profundi.
Sed postquam in nauim deueniunt & mare,
Nauim hi nigram maris in profundum traxerunt:
Malum autem imposuerunt, & uela nauis nigrae.
Præparauerunt autem remos uinculis coriaceis
Omnes decenter, uela autem candida extenderunt.
Alto autem in humido hanc firmarunt, at postea
Perrexerunt ire Alcinoi prudentis in magnam domum.
Impleti sunt autem porticusq; & atria & domus uirorum
Congregatorum, multi autem erant iuuenes & senes.
His autem Alcimous duodecim oues mactauit, (ues,
Osto autem albos dentibus sues, auos autem reuolui pedes bo=
Quos excoriarunt, circumq; disposuerunt, præparaue=
runtq; conuiuium desiderabile.

Præco autem propè uenit ducens idoneum cantorem,
Quem ualde nusa dilexit: dedit autem bonumq; malumq;
Oculis quidem priuauit: dedit autem suauem cantilenam.
Huic autem Pontonous posuit solium argenteis clauis ornatum
In medio conuiuarum ad columnam longam firmans.
Clauo autem suspendit citharam canoram
Iosius super capite, & dixit manibus capere

Demodocus
cantor.



O D Y S S E A E

Præco: iuxta autem posuit cistam pulchramq; mensam.
Apud autē poculum uini ad bibendū, qñ animus iuberet.
Hi autem in cibos paratos appositos manus iniecerunt.
At postquam potus, & cibi cupiditatem expulerunt,
Musa cantorem induxit canere glorias uirorum
Cantilena, cuius tunc gloria cælum latum attingebat
Contentionem Vlyssis & Pelidæ Achillis.

Quemadmodum olim contenderunt in conuiuio florido
Terribilibus uerbis. Rex autem uirorum Agamemnon
Gaudebat animo, qñ optimi Achiuorum contendebant.
Sic enim ei uaticinans locutus est Phœbus Apollo,
Pytho in diuina quando transcendit lapideum limen
Oraculum scitaturus tunc enim uoluebatur cladis principis
Troianisq; & Danaïs Iouis magni consilijs. (pium)

Vlyssi mouetur stetus.

Hæc igitur cantor canebat ualde inelytus: at Vlysses
Purpuream magnam uestem capiens manibus fortibus
In caput attraxit: cooperuit autem pulchram faciem.
Verecūdabatur. n. Phæaces sub supercilij lachrymas sua
Certe quando desinebat canere diuinus cantor (certis)
Lachrymas abstergens, à capite uestem auferbat,
Et poculum utrinq; ansatum capiens libabat Dijs.
At cum rursus inciperet, & incitabant ut caneret
Phæacum optimi, postquam delectati sunt uerbis
Iterum Vlysses caput operiens lugebat.

Tunc alios quidem omnes latuit lachrymas fundens.
Alcinous autem ipsum solus aduertit & cognouit
Sedens propè ipsum, grauius autem suspiratē audiuit
Statim autem Phæacibus renigibus loquutus est.

Alcinous Audite Phæacum proceres & principes.
hortatur. Iam quidem conuiuio satiati sumus animum, æquali

O VIII.

64

Citharāq; quæ conuiuio comes est florenti.
Nunc autem exeamus & certamina tentemus
Omnia, ut & hospes dicat suis amicis
Domum reuersus, quantum superamus alios
Pugnisq; luctaq; & saltu, atque pedibus.

Sic effatus præiuit. hi autem simul sequuti sunt.
Clauo autem suspendit citharam canoram:
Demodoci autem cepit manum, & eduxit domo
Præco. dux autem erat huic eadem uia qua alij

Phæacum optimi certamina usuri. (turba)
Perrexerūt autē ire in forum. simul autē sequebatur multa
Infiniti surrexerunt autem iuuenes multiq; & boni.

Surrexit quidem Acronusq; & Ocyalus, & Elatreus,
Nauteusq; Prymneusq; & Anchialus, & Eretmeus,
Ponteusq; Proteusq; Thoon, Anabesineusq;
Amphialusq; filius Polynei Testonide.

Surrexit autem & Euryalus homicide similis Marti:
Naubolidesq; qui optimus erat specieq; corporeq;
Omnium Phæacum, post strenuum Laodamanta.

Surrexerunt autem tres filij sireni Alcinoi
Laodamasq; Aliusq; & Dijs æqualis Chytoneus.
Hi primum quidem tentauerunt pedibus.

His autē à carceribus extensus est cursus. hi autē simul oēs
Velociter uolabant puluerizantes per campum.
Horum autem currere optimus erat Chytoneus eximius.

Quantumq; in nouali terminus est mulis,
Tantum præcurrens ad populos peruenit, hi autē derelicti
Hi autem luctam difficilem tentauerunt: (sunt retro)

Hæc autem rursus Euryalus superauit omnes optimos.
Saltu autem Amphialus omnibus præstantior erat.

Phæacas ad certamen.

Acronus

Ponteus

Anabesineus

Naubolides

Alcinoi filij

Chytoneus
cursor insi-

gnis.
Euryalus præ-



Disco autem rursus omnibus melior erat Elatreus.
Pugnis autem Laodamas bonus filius Alcimoi.
At postquam oēs oblectati sunt in mente certaminibus:
His igitur Laodamas locutus est filius Alcinoi.

Agite amici, hospite interrogemus si quod certaminū
Nouitq; & sciat, indole quidem non malus est,
Cruribusq; tibijsq;, & ambabus manibus desuper
Ceruicēq; forti magnoq; robore, neque pubertate
Caret, sed malis afflictatus est multis.

Non enim ego adhuc dico esse peius aliud mari
Ad uirumq; conturbandum, etiam si ualde fortis sit.

Huic autem rursus Euryalus respondit, locutusq; est.

Laodamas
prouocās =
lyssēm ad cer
tamen

Laodamas ualde hoc uerbum secundum decens dixisti.
Ipse nunc prouoca accedens, & dic uerbo.
At postquam hoc audiuit bonus filius Alcinoi
Stetit in medium iens, & Vlyssēm allocutus est.

Eia age, & tu hospes pater periculum fac certaminū
Si quod alicubi didicisti: decet autem te scire certamina.
Non enim maior gloria uiri, quandiu uiuit,
Quam quod pedibus facit, & manibus suis.
Sed age fac periculum: abijce autem dolores ab animo.
Tibi autem uia non amplius diu aberit, sed tibi iam
Nauisq; deducta est, & preparati sunt socij.

Eurialus
Vlysi.

Hunc autē, respondens, allocutus est prudens Vlyssēs.
Laodama cur me hæc iubetis cauillantes
Dolores mihi & magis in mentibus, quā certamina sunt.
Qui antea ualde multa perpeffus sum & multū laboraui.
Nunc autem in uestro coetu, reditu indigens
Sedeo precans Regemq; omnemq; populum.
Huic autem Euryalus respondit, iurgauitq; contra.

Non

Non enim te hospes perito uiro a similo
Certaminum, qualia multa inter homines sunt:
Sed illi qui simul nauī multarum sedium frequentans
Princeps nautarum, quiq; negotiatores sunt
Onerisq; memor, & explorator sit uiaticorum
Lucrorumq; raptorum: neq; certatori similis es.

Hunc autē toruē aspiciēs, allocutus est prudēs Vlyssēs.
Hospes non recte dixisti, iniusto uiro similis es.
Sic non omnibus Dij gratiosa dant
Viris, neq; indolem, neq; mentem, neq; eloquentiam.

Alius enim specie ignobilior est uir:
Sed Deus formam uerbis exornat, hi autem in ipsum
Delectati aspiciunt, hic autem securē concionatur
Reuerentia blanda: antecellit autem congregatos.
Ambulantem autem per ciuitatē Deum tanquā aspiciūt.
Alius autem specie quidem similis immortalibus,
Sed non ei gratia circumuoluitur uerbis.

Sic & tibi species quidem præstans, neq; aliter,
Neq; Deus fecisset mente autem ignauus es.
Concitatū mihi animum in pectoribus charis
Dicens nō secūdū decēs, ego autē nō inscius certaminū sum
Sicut tu loqueris: sed inter primos puto
Esse, donec pubertateq; fretus fueram manibusq; meis.
Nūc autē detineor malis & doloribus, multa enim passus
Virorumq; bella molestas undas transiens.

(Sum:
Sed & sic mala multa passus experiar certamina.
Animū enim mordet sermo tuus, cōmouisti at me locutus.
Dixit & ipsa cum ueste exurgens accepit discum
Maiorem & crasuiorem, grauiorem non parum
Quam quali Phæaces ludebant inter se

Vlyssēs ipor
tuno eurialo
succenset

Dij nulli de
dere omnia.

Vlyssēs pro
uocatus ira
disci iaculatus
omnes supe
rat



Quem circum torquens misit forti à manu:
 Resonuit: autem lapis: perterriti sunt autem in terram
 Phæaces remiges nauibus inelyti uiri
 Lapidis sub iactu. hic autem superuolauit signa omnium
 Celeriter currens à manu: posuit aut terminos Minerva
 Viro corpore similis, uerbumq; dixit & compellauit.

Vel cæcus tibi hospes discerneret signum
 Palpans, quoniam non mixtum est multitudini,
 Sed longe primum: tu autem confide in hoc certamine,
 Nullus Phæacum ad hoc perueniet, neq; pertransibit.

Sic dixit, letatus est autē multa passus diuinus Vlysses:
 Gaudens quoniam socium beneuolum uidit in certamine,
 Et tunc leuius allocutus est Phæaces:

Vlysses pro-
 uocat Phæa-
 ces omni cer-
 taminum ge-
 nere.

Hunc nunc attingite iuuenes: fortasse autem postea alium
 iacturum esse, uel tantum puto, uel etiam longius.
 Ex alijs autem quem cor animusq; iubet
 Hic age experiatur, quoniam me irasci fecistis ualde
 Vel pugnis, uel lucta, uel & pedibus nihil detrecto.
 Ex omnibus Phæacibus præter ipsum Laodamantem,
 Hospes enim mihi hic est, quis cū hospitante pugnet?
 Amens certe ille, & nihili est uir
 Quicumq; hospiti contentionem proferat certaminum
 Populo in alieno, sui ipsius omnia turbat.
 Aliorum autem neminem recuso, neq; sperno.
 Sed uolo scire & experiri contra.
 In oibus enim malus nō sum iter uiros, quæcūq; certamine
 Bene quidem arcum noui politum contrectare. (Quæ)

Vlysses sagit-
 tadi peritus.

Primus uirum uulnerarem sagittans in multitudine
 Virorum inimicorum, etiam si ualde multi socij
 Propè astarent, & sagittare etiam uiros.

Solus profectò me philoctetes superauit arcu
 In populo Troianorum, quando sagittaremus Achiui.
 Alijs autem me dico longe præstantiorem esse
 Quicumq; nunc homines sunt in terra panē comedētes.
 Viris autem prioribus contendere nolo:

Neq; Herculi, neq; Euryto Oechaliensi,
 Quæ etiam cum immortalibus contenderunt de arcu:
 Quæp̄ & statim mortuus est magnus Eurytus, neq; ad
 Peruenit in domibus, iratus enim Apollo (senectutē
 Interfecit, quoniam ipsum prouocauit ad sagittandum.

Hasta autem iaculor, quantum non alius quispiā sagitta:
 Solis timeo pedibus ne quis me superet
 Phæacum: ualde enim asperè domitus sum
 Vndis in multis, quoniam deductio in nauī
 Nō erat perpetua: ideo mihi chara membra soluta sunt.

Sic dixit, hi autem omnes taciti facti sunt silentio:
 Alcinous autem ipsum solus respondens, allocutus est.
 Alcinous
 Vlyssi.

Hospes quoniam non ingrati inter nos hæc loqueris:
 Sed uis uirtutem tuam ostendere quæ te sequitur,
 Iratus, quoniam te iste in certamine astans
 Obiurgauit, ut tuam uirtutem homo nullus uituperet:

Quicumq; sciret suis mentibus decentia dicere.
 Sed age nunc meum intellige uerbum, ut & alij
 Dicās heroum, quando tuis in domibus
 Epulaberis apud tuam uxorem & tuos filios,
 Nostræ uirtutis recordatus qualia & nobis
 Iupiter opera imponit continuè iam inde à patribus.

Non enim pugiles sumus strenui, neq; luctatores. (mus.)
 Sed pedibus uelociter currimus, & nauibus optimi su-
 Semp̄ aut nobis cōuiuū gratum est citharæq; choreæq;



Saltatio. Vestesq; mutatoriae, balneaq; calida, & cubilia.
Sed agite Phaeacum saltatores, quicumq; optimi
Tripudiate, ut & hospes dicat suis amicis
Domum reuersus quantum superamus alios
Navigatione, & pedibus, & saltatione, & cantilena.
Demodoco aut aliquis statim profectus citharā canoram
Afferat, quae iacet in nostris domibus.

Sic dixit Alcinoius Deo similis, surrexit autem praeco
Allaturus citharam canoram domo ex Regis.
Iudices autem electi nouem omnes surrexerunt
Publici, qui in certaminibus expediebant singula.
Planū fecerūt aut locū choreae: pulchrū aut dilatauerunt
Praeco aut ppē uenit ferēs citharā canorā (theatrum).
Demodoco, hic aut postea iuit ī mediū: circū at iuuenes
Puberes stabant periti saltationis.

Percutiebant autem locum magnum pedibus, at Vlyssis
Micationes intuebatur pedum: admirabatur aut animo.

Demodocus
intercinit fa-
bulā de Vene-
ris & Mar-
tis complexu.

Sed hic cithara personans incepit pulchrē cantare,
Circa Martis amorem coronat, & Veneris.
Quemadmodum primū mixti sunt in Vulcani domibus
Clām, multa aut dedit: lectum aut dedecorauit & cubilia
Vulcani Regis, statim autem ei nuncius uenit
Sol qui ipsos cognouit mixtos amicitia.
Vulcanus igitur ubi molestum uerbum audiuit,
Perrexit ire in officinam mala mentibus moliens.
Posuit autem in ligno magnā incudem: cusit aut uincula
Quae rūpi nō possunt insolubilia, ut firmiter illic manes
Sed postquam fabrefecit dolum iratus Marti, (vent.)
Perrexit ire in thalamum, ubi chari lectuli iacebant:
Circum igitur lecti fulera fudit uincula undiq;

Multa autem & desuper è trabe effusa sunt
Ceu araneae tele praetenuis, quae nullus uiderit,
Neq; deorum beatorū: ualde enim dolose fabrefacta sunt.
At postquam omnem dolum circum cubilia fudit,
Perrexit ire Lemnum bene edificatam urbem,
Quae ei terrarum longē charissima est omnium.

Neq; caecā speculationē habuit aureas qui tenet habenas
Postq; aut uidit Vulcanū inclytū arte seorsū cūtē (Mars).
Perrexit ire domum inclyti Vulcani

Detentus amore coronat, & Cythereae.
Hec autem nuper à patre praepotente Saturnio
Veniens sedebat: hic autem intra domum iuit.

Illi autem manū in seruit, uerbumq; dixit & locutus est.
Huc age amica ad lectum uertamur dormituri.
Non enim amplius Vulcanus in populo est: sed iam
Iuit Lemnum ad Sintias agreste loquentes.

Sic dixit, huic autem gratum uisum est cubare.
Hi in cubilia euntes dormierunt: circum autem uincula
Artificiosa fusa sunt prudentis Vulcani.

Neq; mouere membra erat, neq; eleuare.
Et tūc iam cognouerūt, quod nō amplius cuitabilia sunt.
De propē autem ipsi uenit inclytus Vulcanus
Retro reuersus antequam Lemni terram perueniret:
Sol enim ipsi speculationem habuit: dixitq; uerbum:
Perrexit autem ire domum charum cruciatus cor.

Stetit autem in uestibulis: ira aut ipsū magna cepit.
Horredē autem exclamauit, auditusq; est omnibus Dijs.
Iupit. r pater, & alij beati Dij semper existentes,
Venite ut opera ridenda, & non decentia uideatis:

Quomodo me claudum existentem Iouis filia Venus



O D Y S S E A E

Semper inhonorat:amat autem perniciosum Martem:
Quoniam hic quidē pulcher, & integer pedibus. at ego
Debilis sum:at non mihi auctor alius est:
Sed parentes duo qui non gignere debebant.
Sed quidē ubi hi dormiunt in amicicia
In meos lectos ingreſſi.ego autem uidens crucior
Non quidē ipsos amplius ſpero paululū dormituros ſic:
Quamuis ualde ſe mutuo amantes:fortē nō uolēt ambo
Dormire.ſed ipsos dolus, & uinculum continebit,
Donec mihi ualde omnes pater reddat dotes:
Quas ipſi dedi impudentis puellæ cauſa.
Quoniam ei pulchra filia,at non prudens.

Sic dixit. Diſ autē congregati ſunt in ſolidam domū
Venit Neptunus terram continens:uenit & perutilis
Mercurius:uenit & rex longē iaculans Apollo:
Fœminæ autē Deæ manſerūt domi pudore unaquæq;
Steterunt autem in ueſtibus Diſ datores bonorum.
Magnus autem motus eſt riſus beatis Diſ
Technas aſpicientibus prudentis Vulcani.

Sic autem aliquis dicebat uidēs in propinquū alium.
Nō ſūt uirtute prædita mala opa:affeſtur tardus uelocē.
Sicut & nunc Vulcanus exiſtens tardus cepit Martem.
Velociſimū exiſtēte deorū, qui Olympum habitant,
Clausus exiſtēs technis propter quod & pœnam auget.

Sic hi quidem talia inter ſe dicebant.
Mercurium autem allocutus eſt Rex Iouis filius Apollo.
Mercuri Iouis fili internuncie dator bonorum:
Nunquid in uinculis uelles fortibus preſſus
Dormire in lectis apud auream Venerem?

Huic autem reſpondit poſtea internūcius Mercurius.

VIII.

Vinam hoc eſſet Rex longē iaciens Apollo.
Vincula quidem ter tot magna circum habent:
Vos autem inſpiceretis Diſ omneſq; Deæ:
At ego dormirem apud auream Venerem.
Sic dixit riſus autem excitatus eſt iter imortales Deos.
Neq; Neptunum riſus cepit. precabatur autem ſemper
Vulcanum inſoluitum opere, ut ſolueret Martem.
Et ipſum alloquens, uerba pennata dixit.
Solue. ego autem ipſum promitto ſicut iubes
Soluturum æqua omnia, cum immortalibus Diſ.

Hūc autē ruruſ allocutus eſt ualde iclytus Vulcanus.
Ne mihi Neptune terram continens hæc iube
Prauæ pro ſceleſtis ſanē etiam promiſſiones, promiſſiſe
Quomodo ego te uincirem cum immortalibus Deis
Siquidem Mars abeat debito, & uinculo ſolutus?
Hūc autē ruruſ allocutus eſt Neptūnus quatitē terrā.
Vulcanē ſiquidem Mars debitum ſubterfugiens
Abibit elapſus, ipſe ego hæc ſoluam.

Huic autem reſpondit poſtea perinſoluitus Vulcanus.
Non eſt, nec decet tuum uerbum negare.

Sic dicens, uincula reſoluit uis Vulcani.
Hi autem poſtquam ex uinculo ſoluti ſunt ferti exiſtēte
Statim eruentes, hic quidem in Thraciam iuit.
Illa autem in Cyprum iuit amans riſum Venus
Ad Paphum: ubi ei templum altareq; ſacrum:
Vbi & ipſam Gratia lauerunt, & unxerunt oleo
Immortali, quatenus Deos decet ſemper exiſtentes:
Circū autem ueſtimenta induerūt pulchra mirabile uiſu.

Hæc cantor cecinit perinſoluitus, at Ulyſſes
Oblectatus eſt animo ſuo audiens, ac etiam aliſ



Phæacenses longorum remorum nauibus inelyti uiri.
Alcinous autem Halium & Laomedonta iussit
Solos tripudiare quoniam ipsis nemo contendebat.
Hi igitur postquã pilam pulchram in manibus acceperunt
Purpuream quam ipsis Polybus fecerat prudens:
Hanc alter iaciebat ad nebulas umbrosas
Flexus retro alter autem à terra in altum eleuatus
Facile accipiebat antequã pedes ad pauimentum ueniret.
At postquam pilam in rectum experti sunt:
Saltauerunt postea in terra pascenti multa
Frequenter alternantes: iuuenes autem applaudebant alij
Stantes in certamine: multus autem strepitus ortus est.
Iam tunc Alcinoum allocutus est strenuus Vlysses.

Alcinoë Rex omnium clarissime populorum
Certe pollicitus es tripudiatore esse optimos.
Profecto manifeste factum est: stupor me hêt inspicientē.
Sic dixit. letata est sacra uis Alcinoi:

Alcinous
Phæacensi-
bus.
Statim Phæacenses amantes remos allocutus est.
Audite Phæacensium ductores ac principes:
Hospes mihi ualde uidetur prudens esse.
Sed agite ei demus hospitale munus uti decet.
Duodecim enim in populo præclari reges
Principes imperant: tertiusdecimus autem ego ipse.
Ex his ei uestem singuli bene lotam & tunicam,
Et auri talentum ferte pretiosi.
Statim autem oĩa portemus congregati ut in manibus
Hospes tenens ad cœnam ueniat letus in animo.
Euryalus autem seipsum conciliet uerbis,
Et dono quoniam nequaquam ut decuit locutus est.
Sic dixit omnes autem laudauerunt & iusserunt

Saltatio.

Dona autem ut ferret: præmiserunt præconem singuli.
Huic autem rursus Euryalus respondit locutusque est.
Alcinoë Rex omnium clarissime populorum:
Tibi equidem hunc hospitem conciliabo sicut tu iubes:
Dabo ei hunc ensẽ totum arcum cui est manubrium
Argenteum: uagina autem nuper secti eboris
Circumuoluta est: multo autem ei dignus erit.
Sic dicens in manibus ponit ensẽ argenteorũ clauorũ:
Et ipsum alloquens uerba pennata dixit.
Gaude pater o hospes uerbum si aliquod dictum est
Graue statim illud ferant rapientes turbines.
Tibi autem Dei uxorem uidere & in patriam redire
Dent quando diu ab amicis incommoda pateris.
Hunc autem respondens allocutus est prudens Vlysses.
Et tu amice ualde gaude Dei autem tibi felicia dent,
Neque amplius tibi ensis desiderium in futurum fiat
Huius quem iam mihi dedisti concilians uerbis.
Dixit et circũ hũeros posuit ensẽ argenteorũ clauorũ.
Occidit autem Sol: & huic inelyta dona affuerunt:
Et hæc in domum Alcinoi tulerunt præcones illustres.
Suscipientes autem filij eximij Alcinoi
Matrẽ iuxta uenerãdam posuerunt per pulchra dona.
Quibus autem imperabat sacra uis Alcinoi,
Venientes hi sederunt in altis solijs.
Tunc Areten allocuta est uis Alcinoi.
Age mulier fer arcam pulchram quæ optima:
Impone autem uestem bene lotam & tunicam.
Circum ignem autem lebetẽ calefacite calefacite autem aquam:
Ut lotus uidensque bene posita omnia
Dona quæ ei Phæacenses eximij huc tulerunt.

Euryalus Vlyse ense donat.

Afferuntur
ulyssi a Phæacensibus xena.



Conuiuioq; delectetur, & cantilenæ hymnum audiens.
Et illi ego hoc poculum meum perpulchrum dabo
Aureum, ut mei memor dies omnes
Libet in domo Iouiç, alijsq; Deis.

Sic dixit. Arete autem Ancillis dixit.

Circum ignem ponere lebetem magnum quàm citissime.
Hæ autem lauacralem lebetē statuerunt igni cōbustiū.
Intus at aquā fuderūt, sub at ligna cōbuserūt suscipiētēs.
Ventrē quidē lebetis ignis circuibat: calefaciebatur autē.
Interim aut Arete hospiti perpulchram arcam (caquā)
Extulit ē cubiculo: posuit aut intus pulcherrima dona,
Vestem, aurumq;: quæ ei Phæacenses dederunt.
In ipsa uero uestem posuit, pulchramq; tunicam:
Et ipsum alloquens uerba uelocia dixit.
Ipse nunc uide poculum, uelociterq; nodum iniice.
Ne quis in uia ledat, quando postea
Dormies dulcem somnum profectus in nauem nigrantē.
At postquam hoc audiuit multa tolerans diuus Vlysses,
Statim adaptauit poculum, uelociter aut nodum iniicit.
Variū: quē olim ipsum docuerat mētibus uenerāda Circe.
Statim autem ipsum proma lauari iussit
In labrum euntem, hic autem libenter uidit animo
Calidas aquas: quoniam nequaquā portatus frequentarēt.
Postquam liquerat domum Calypsius bene comate,
Tunc autem ei cura Deæ quàm firma fuit.
Hunc igitur postquā famulæ lauerunt, & unxerūt oleo.
Circū aut ipsum pallium pulchrum iecerunt, & tunica
Ex labro exiens uiros ad unipotatores
Iuit Nausicaa autem à Deis pulchritudinem habens
Stetit iuxta limen atrij affabre facti.

Admirata est autem Vlysses oculis uidens:
Et ipsum alloquens uerba uelocia dixit.

Gaude hospes, ut & aliquando existens in patria terra
Recorderis mei, quod mihi primæ præmia uitæ debes.

Hanc autē respondens, allocutus est prudens Vlysses.

Nausicaa filia magnanimi Alcinoi,
Sic nunc Iupiter faceret ualde sonans, maritus Iunonis,
Domumq; ire, & reditus diem uidere.

Quamobrem tibi illic, ut Deæ supplicarem

Semper per dies omnes: tu enim me seruasti puella.

Dixit, & ad scilium sedit apud Alcimoum Regem.

Hi autem iam partes diuiserunt, misceruntq; uinum.

Præco autē ex propinquo uenit ducēs optabile cātorem

Demodocum populis honoratum, locauit autem ipsum

In medio conuiuiarum ad columnam longam firmans.

Tunc præconem allocutus est prudens Vlysses,

A dorso incipiēs incidere: multū autem relictum erat

Suis albi dentes: multa autem erat circum pinguedo:

Præco accipe, iam hanc præbe carnem, ut comedat,

Demodoco, & ipsum complector mæstus quamuis,

Inter omnes enim homines terrestres Poëta

Honoris participes sunt & reuerentiæ: quoniam ipsos

Cantilenas Musa docuit, & diligit genus Poëtarum.

Sic dixit, præco autem ferens in manibus posuit

Heroi Demodoco, hic autē suscepit: gauisusq; est animo.

Illi autem in cibos paratos adiacentes manus iniecerunt.

Sed postquam potus, & cibi amorem eiecerunt,

Iam tunc Demodocū allocutus est multa passus Vlysses.

Demodocæ præcipue iam te inter homines laudo oēs,
Vel te Musa docuit Iouis filia, uel te Apollo,

Vlysses Nauticae gratias egit.

Suillinū dorsum in pretio.



Valde enim prout decet Achiuorum fatum canis,
Quæcūq; moliti sunt, passi suntq; & quæcūq; laborauerūt
Tanq̄ alicubi, uel ipse præfens, uel aliū audiēs. (Achilli)
Sed iam transi, & Equi structuram cane
Lignei, quem Epius fecit cum Minerua:
Quem aliq̄ in summā arcē dolū duxit magnus Vlysses
Viris implens, qui illum euerterunt:
Si iam mihi hæc prout par est narrabis,
Statim ego omnibus dicam hominibus
Quod tibi promptus Deus dedit diuinum cantum.

Demodocus
equū Troia-
nū cātu pro-
sequitur.

Sic dixit, hic autē actus à Deo ꝛcepit: ostēdit autē cantū
Hinc incipiens, uti alij quidem bene tabulatis in nauibus
Euntes enauigarunt ignem in tentorijs iacentes
Argiūt, alij uero iam ualde gloriosum circa Vlyssēm
Sedebant in troianorum concione tecti equo.
Ipsi enim illum Troiani in arcem traxerant: (cantū)
Sic hic qdē ingressus erat, hi at̄ incōsultē multa cōcione
Sedentes circa ipsum, tripliciter at̄ ipsis placebat cōsiliū
Vel scindere concauum lignum pernicioso ferro,
Vel de petris iacere retrahentes arce,
Vel sinere magnum simulachrū deorū muleimētū esse
Sic iam & postea perfici debebat.
Fatum enim erat destrui, postquam ciuitas cōplexa esse
Ligneum magnum equum, ubi sedebāt omnes optimatū
Arguorum, Troianis cædem, & mortem illaturi.
Cecinit autem quō urbē depopulati sunt filij Achiuorū
Equo effusi, concauas insidias relinquentes.
Alium alio cecinit ciuitatem diripere altam.
At Vlyssēm ad ædes Deiphobi
Ire tanquam similem Marti cum diuino Menelao.

Illic iam grauisimum bellum dixit ausum,
Vicisse & deinde propter magnanimam Mineruam.
Hæc cantor canebat perimclytus: at Vlysses (nas.
Cōsumebatur, lachrymæ autē irrigabāt sub palpebris ge-
Ut autem mulier flet dilectum maritum circumcadens,
Qui suam ante ciuitatem populosq; cecidit
Ab urbe, & à filijs expellens perniciosum diem.
Hæc quidem mortuum, & palpitantem inspiciens
Circā ipsum fusa stridulē lamentatur, hi autē à tergo
Percutientes hastis dorsum, ac etiam humeros
Captiuam ducunt ad laborem habendū et in felicitatem:
Huius autem miserabilissimo dolore corrūpuntur genæ.
Sic Vlysses miserabilē sub palpebris lachrymā fundebat:
Tūc alios quidē omnes inscios fecit lachrymas fundens.
Alcinous autem ipsum solus animaduertit, & cognouit
Sedens iuxta ipsum, grauitè autem suspirantem audiuit:
Statim autem Phæacenses nauticos allocutus est.

Audite Phæacensium duces, & gubernatores.
Demodochus autem iam contineat citharam acutam.
Non enim omnibus gratus hæc canit.
Ex quo cœnamusq; & motus est diuinus cantor.
Ex hoc nondum quieuit à graui luctu
Hospes, ualde ipsum dolor in animo circūiuit.
Sed age hic quidē contineat, ut simul oblectemur omnes
Hospitesq; & hospes, quoniam multo melius sic.
Gratia enim hospitibus hæc uerecundi facta sunt.
Deductio & grata dona, quæ ei damus diligentes.
Pro fratre hospesq; supplicatorq; factus est
Viro illi qui paululum etiam sapit animo
Ob hoc nunc neq; tu absconde mentibus astutus



Alcinous q̄ =
rit oēs eius
cōditionē &
fortunam.

Phæacū na-
ues sensiles
sunt.

Quodcunq; te interrogabo:dicere autem te melius est.
Dic nomen quod te illic uocabant materq; paterq;
Alij; qui in ciuitate, & qui circum habitant:
Nō quidē enim aliquis oīno sine noīe est inter hominū
Nec malus, nec bonus, postquam primum natus sit.
Sed omnibus apponuntur postquā generauerūt parētēs.
Dic autem mihi terramq; tuam populūq; urbemq;
Vt te eō deducant: obseruantes mentibus naues.
Non enim Phæacensibus nauium gubernatores sunt:
Neq; temones sunt, quæq; aliæ naues habent.
Sed ipsæ sciunt cogitationes, & mentes uiroꝝ.
Et omnium sciunt ciuitates & pingues agros
Hominū, & undam uelocissimē maris transeunt
Aëre & nebula tectæ, neq; unquam ipsis,
Neq; offendi est timor, neq; de strui.
Sed hæc sic quondam patrem ego dicentem audiui
Nausithoum, qui dicebat Neptunum ualde iratū fuisse
Nobis, quoniam deductores illæ si essemus omnium.
Dixit olim Phæacensium uiroꝝ bene factam nauem
Ex deductione redeuntem in obscuro ponto
Naufragiū fecisse, magnū autē nobis motē citatē *circū*
Sic dixit senex, hæc autem Deus uel perficiat, *Geru.*
Vel imperfecta sinat, ut ei gratum est animo.
Sed age mihi hoc dic, & uere narra:
Quo aberraueris, & ad quæ perueneris loca
Hominū ipsosq; ciuitatesq; bene habitatas:
Et qui difficilesq; & syluestres, neq; iusti.
Quiq; hospites, & ipsis mens est Deo placens.
Dic autem cur fles, & luges intus animo,
Argiuorum danaorum, & Ilij fatum audiens.

Hoc autem Dei fecerunt: neuerunt autem mortem
Hominibus, ut sint & posteris cantilena.
An aliquis tibi & affinis perijt Ilium ante
Bonus existens gener? uel socer? quiq; maximē
Cura digni sunt ob sanguinem, & genus ipsorum?
An aliquis etiam socius uir grata sciens
Bonus: quoniam non fratre minor
Est, qui socius existens prudentia sciat.

ARGVMENTVM. I. HOMERI
COMPOSITIONIS

Principium Vlyssis narrationum, in quo dicit pugnasse cum Ci-
conibus, & ad Lotophagos peruenisse, & ad Cyclopem Poly-
phemum iuisse. Et hunc qui comedisset sex iam socios, excæ-
casse.

ODYSSEAE. I. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Iota cum Lotophagis, Ciconibus, unâ Cyclops est.



VNC Autem respondens, allocutus
est prudens Vlysses.
Alcmoë Rex omnium laudatissimus
populorum,
Certe quidem hoc bonum audire est
cantorem

Talem, qualis hic est Dijs similis uoce.
Non enim ego aliquem dixerim re gratiorem esse:
Quam quando letitia quidem detinet populum omnem.
Conuiuere autem in ædibus audiunt cantorem
Sedentes ex ordine: iuxta autem implentur mensæ
Panis, & carniū, merum autem ex cratere exhauriens
Pincerna fert, & infundit poculis.
Hoc mihi optimum in animo uidetur esse.
Tibi autem meos dolores animus elegit suspiriosos
Dicere, ut adhuc magis lugens suspirem.
Quid primum tibi: deinde quid postremo narrabo?
Dolores, quoniam mihi multos dederunt Dei caelestes.
Nunc autem nomen primum dicam, ut & uos
Sciatis. ego autem, postquam fugiens crudelem diem
Vobis hospes uenio, & longè domos habitans,
Sum Vlysses Laertiades, qui omnibus dolis
Homini bus sum in cura, & mea gloria ad cælum it.
Habito autè Ithacam ad meriditem sitam. mōs autè in ip
Neritus, alt us, ualde decens, circum autem in sulc

Vlysses labo-
res suos inci-
pit enarrare.
Vlyssis pa-
tria.

Multæ habitantur ualde uicinæ inter se:
Dulichiumq; Sameq; etiam nemorosa Zacynthus.
Ipsa autem humilis ualde in alto in mari iacet
Ad occasum. hæc autem seorsum ad auroramq; Solemq;
Aspera, sed bona iuuenum nutrix. nequaquam ego
Mea terra possum dulcius aliud uidere.
Quemadmodū me apud se detinuit Calypsō magna Dea
In specubus concauis cupiens maritum esse:
Sic etiam Circe detinuit in donibus
ÆEæa dolosa cupiens maritum esse.
Sed meum nunquā animum in pectoribus persuaserunt:
Si quidem nil dulcius mea patria, neq; parentibus
Est, licet quis longè pinguem domum
Terra in aliena habitet procul à parentibus.
Eia age tibi & reditum meum malis plenum dicam:
Quem mihi Iupiter intulit à Troia profecto:
Ab illo me ferens uentus ad Ciconas adegit
Ad Ismarum: illic autè ego urbē diripi: occidi autè ipsos.
Ex urbe autem uxores & res multas capientes
Diuisimus, ut nullus à me priuatus abiret æqualitate:
Tunc certe quidem ego ueloci pede fugere nos
Iussi: hi autem ualde stulti non obediuerunt.
Ibi autè multum quidē merum bibitū est. multas autè oues
Iugulauerunt apud littus, & flexipedes nigras boues.
Interim autem abeuntes Cicones ciconas aduocarunt
Qui ipsi uicini erant simul plures & præstantes
Continentem habitantes, scientes quidem ab equis
Cum uiris pugnare, & ubi oportet peditem esse.
Venerunt postea quot folia, & flores sunt uere
Matutini. tunc iam mala Iouis parca affuit

De amore
patriæ.

Infelix præ-
lium cum ci-
conibus



O D Y S S E A E

Nobis malū fatū passuris, ut dolores multos pateremur.
Stantes autem pugnabant pugnam apud naues ueloces.
Iaciebant autem inter sese areas hastas:
Quandiu quidem Aurora fuit, & auctus est sacer dies,
Tandiu expellentes mansimus plures licet existentes.
Quando autem Sol transiuit ad uesperam,
Tunc iam Cicones inclinauerunt interimentes Achiuon.
Sex autem ab unaquaq; nauī fortes socij
Perierunt: reliqui uero fugimus mortemq; fatumq;
Hinc autem extemplo nauigauimus dolentes corde
Lati ex morte, charis amisiss socijs.
Neque mihi prius naues abiere utrinque agitate
Quam aliquis ex miseris socijs unumquenq; uocasset,
Qui perierant in campo à Ciconibus interfecti.
Nauibus autē immonit uentū Boreā nubiu cōgregator
Cum procella magna, nubibus uero cooperuit ^(pilot)
Terram simul & pontum: ruit autem e caelo nox.
Hæ quidem postea ferebantur oblique: uela autem ipsa
In treis quatuor' ue parteis discidit uis uenti.
Et hæc quidem in naues deposuimus timentes mortem.
Ipsas autem certatim traximus in continentem.
Illic duas noctes duosq; dies continue semper
Iacuimus simul laboreq; & doloribus animū cōsumentes
Sed quando iam tertium diem comata absoluit Aurora,
Malos statuentes, simulq; uela alba extendentes
Sedimus: has uentusq; gubernatoresq; dirigebant.
Et ille sus peruenissem in patriam terram,
Sed me unda, fluctusq; ad incuruum Maleam
Et Boreas impulit: errare autem fecit à Cytheris.
Hinc autem nouem dies ferebar à perniciosis uentis
Pontum in piscosum: sed decimo die uenimus

I IX.

74

Ad terram Lotophagorum, qui floridū cibum comedunt. Vlysses defer
Tunc autē in continentē descendimus, & hausimus aquā, tur ad Loto-
Statim autē coenam acceperunt ueloces apud naues socij. phagos
Sed postquam ciboq; saturati sumus & potu,
Iam tunc ego socios præmisi interrogare euntes
Viros duos eligens, tertium præconem simul addens:
Qui uiri essent in terra cibum comedentes.
Hi autē statim abeuntes mixti sunt cum uiris Lotophagis.
Neque Lotophagi moliti sunt socijs mortem
Nostris. sed ipsis dederunt Lotum comedere.
Ex his autem quicumq; Loti comederēt mellitū fructum, Loti herbæ
Non amplius renunciare retro uolebant, neque redire, miranda uis.
Sed illic uolebant cum uiris Lotophagis
Lotum comedentes manere, reditusq; obliuisci.
Quos quidem ego ad naues ducens flentes ui
Nauibus in concauis sub transtra ligauī trahens.
Sed alios iussi per amabiles socios
Festimantes naues conscendere ueloces,
Ne quis Lotum comedens reditus obliuiscatur.
Hi autem statim ingressi sunt, & in transtris sederunt,
Ex ordine autē sedentes album mare uerberabant remis.
Inde autem primum nauigauimus male affecti animo.
Cyclopum autem in terram proteruorum sacrilegorum
Peruenimus, qui Dijs confisi immortalibus
Neque plantant manibus arborem, neque arant:
Sed hæc non sata, & inarata omnia nascuntur
Frumenta, & hordea, & uites quæ ferunt
Vinum ex uberibus uuis, & ipsis Iouis humber auget.
His autem neque conciones consiliarie, nec leges.
Sed hi altorum montium habitant cacumina

K ij



O D Y S S E A E

In speluncis concauis habet autem ius unusquisq;
In filios & in uxores neq; se mutuo curant.
Insula postea que facile fodiatur extra portum extēsa est
Iuxta terram Cyclopium neq; propinqua nec remota
Nemorosa in ea autem capre infinite sunt
Sylvestres non enim iter ad eas hominum prohibet.
Neq; ipsam ingrediuntur uenatores qui per syluam
Labores patiantur per uertices montium insequendo:
Neque gregibus colitur neque aratoribus.
Sed hæc non sata & inarata per dies omnes
Hominibus caret: pascit autem balantes capras.
Non enim Cyclopiibus naues sunt rubricatis prioris,
Neque uiri nauium sunt fabricatores: qui laborent
Bene tabulatas naues que perficiant singula,
Vrbes hominum adeundo ad quales multas
Viri inuicem nauibus transeunt mare.
Qui ipsis etiam insulam bene habitata efficiunt.
Non tamen mala est fert autem suo tempore omnia.
In ea quidem prata maris albi iuxta ripas
Aquis irrigua mollia ualde incorruptibiles uin ea sunt
In ea aratio facilis ualde profundus segetū campus effusus
Qui suo tpe meteretur quoniã ualde pinguedo subest
In ea portus naui accõmodus ubi nõ opus sine est, (clauis est)
Neque anchoras iacere nequa ad palum alligare.
Sed appellentes possunt manere diu quoad nauitarum
Animus hortetur & inspirent uenti.
Sed in capite portus fluit lymphidam aquam
Fons sub specu circum autem alni nate sunt.
Illuc nauigauimus & aliquis Deus dicebat
Noctem per obscuram neq; apparebat, ut uideri possent

H A I IX.

75

Aër enim circa naues teter erat neq; Luna
E' celo prælucebat detinebatur autem nubibus.
Tunc nullus insulam inspiciebat oculis.
Neq; igitur undas longas rotantes ad terram
Inspiciebamus priusq; naues bene tabulate appellerent.
Appulsis autem nauibus deposuimus uela omnia.
Extra autem etiam ipsi descendimus in littus maris.
Ibi autem quiescentes mansimus ad Auroram diuinant.
Quando aut diluculum generas apparuit rosea Aurora,
Insulam admirantes conuoluebamur ad ipsam.
Excitarunt autem Nymphæ filie Iouis habentis ægida
Capras montanas ut cõnarent socij.
Statim curuos arcus & iacula prælonga ferro
Accepimus ex nauibus in treis partes autem instructi
Iaculati sumus: statim aut dedit Deus accõmodã uenatio.
Naues quidẽ me sequebatur duodecim: singulis aut (nẽ.
Noũe sorte cõtigerunt capre: mihi aut decẽ elegerunt soli.
Sic tunc quidẽ per totum diẽ usq; ad solem occidẽtem
Sedimus comedentes carnesq; multas & uinum suaue.
Nondum enim nauibus defecerat uinum rubrum
Sed inerat multum enim in uasibus singuli
Hauferamus Ciconum sacram urbem capientes,
Cyclopium autem terram uidimus propẽ existentium:
Fumumq; ipsorumq; uocem ouiumq; & caprarum.
Quando autem Sol occidit & in nebulas iuit:
Tunc iacimus in littore maris.
Quando autẽ diluculũ generans apparuit rosea Aurora:
Et tunc ego concionem faciens omnibus dixi.
Alij quidem nunc manete mihi peramabiles socij.
Sed ego cum nauiq; mea & meis socijs



O D Y S S E Æ

Profectus hos homines exploratum ibo qui sunt,
An flagitiosi & sylvestres, neq; iusti,
An hospitales, & ipsis mens est dijs placens.
Sic dicens in nauem iui. iussi autem socios
Ipsos etiam ascendere, simulq; fumes soluere.
Hi autem statim ingressi sunt, & in transiris sederunt.
Ordine autem sedentes album mare uerberarunt remis.
Sed quando iam ad locum peruenimus propè existentem
Ibi in extremo speluncam uidimus propè mare
Excelsam lauris constitam: ibi autem multa
Pecudes ouesq; & caprae quiescebant: circum autem aula
Alta edificata erat de fossis lapidibus,
Longisq; pinibus, & quercubus alticomis.
Illic autem uir debebat prodigiosa statura, qui pecora
Solus pascebat procul, neque cum alijs
Versabatur, sed seorsum existens iniusta sciebat.
Etenim admiratio facta est magna, neque similis erat
Viro panem edenti: sed cacumini nemoroso
Altorum montium: quando apparet solum ab alijs.
Iam tunc alios iussi per amabiles socios
Illic apud nauem manere, & nauem custodire.
Sed ego eligens ex socijs duodecim prestantes
Iui, sed caprinum utrem habebam nigri uini
Dulcis, quod mihi dederat Maron Euanthis filius,
Sacerdos Apollinis, qui Ismarum gubernabat,
Quoniam ipsum cum filijs obseruabamus & uxorem
Venerantes: habitabat enim in luco arboribus referto
Phœbi Apollinis: hic autem mihi præbuit in clyta donna.
Auri quidem mihi dedit benefacti septem talenta:
Dedit autem craterem totum argenteum: ut postea

Antrum Po-
lyphemi.

I IX.

76

Vinum in amphoris duodecim omnibus hauriens
Dulce, incorruptibile, diuinum potum, neq; aliquis hoc
Sciebat ex seruis, neque ex ancillis in domo,
Sed ipse, uxorq; dilecta promaq; una sola.
Hoc autem quando bibebant suauè uinum rubrum
Vinum poculum implens, aquæ uiginti mensuras
Insudabat: odor autem suauis à cratere spirabat.
Diuinus, tunc non tibi abstinere gratum fuisset.
Hoc ferebam implens utrem magnum: uiatice autem
In pera: statim enim mihi impulsus est animus superbus
Virum adire magnam indutum fortitudinem
Sylvestrem, neq; iustitias scientem, neq; iura.
Statim autem ad antrum peruenimus, neq; ipsum intus
Inuenimus: sed pascebat pascea per pingua pecudes.
Venientes autem in antrum admirabamur singula.
Calathi quidè caseis onerabatur: referta autè erant stabula
Agnis & hœdis, diuise autem quæq; (niores
Claudebatur, separatim quidè natu maiores, separatim iu-
Separatim agni recens nati, fluebant autè sero uasa omnia
Situlæq; Scyphiq; facti erant quibus in mulgebat.
Tunc me quidem primum socij orauerunt uerbis
Caseos auferentes reuerti: sed postea
Statim in nauem uelocem hœdosq; & agnos
Ex stabulis auferentes nauigare ad falsam aquam.
Sed ego non parui (certè multo melius fuisset)
Ut hunc uiderem, & an mihi hospitalia dedisset:
Neque erat socijs apparens gratus futurus.
Tunc autem ignem accendentes mansimus: ac etiam ipsi
Caseos capientes edebamus, expectauimusq; intus
Sedentes, donec uenit pastor: tulit autem magnum pondus

Vinū maro-
neum memo-
rabile.

Vlysses in-
greditur an-
trum Poly-
phemi.



Sylua arida, ut ei ad coenam esset,
 Extra autem antrum iaciens strepitum edidit.
 Nos autem timentes secessimus in penetrale antri.
 At hic in latam speluncam egit pingues oves
 Oes maxime quotquot mulgebat. mares aut reliquit extra
 Arictesq; hircosq; profundam extra caulam. (portam)
 Sed postea opposuit repagulum magnū in altum tollens
 Graue. non hoc duo & uiginti currus
 Boni, quadrijugi à terra mouissent.
 Tantum ingens saxum opposuit foribus.
 Sedens autem mulgebat oves, & balantes capras.
 Omnia rite: & foetum supposuit unicuiq;
 Statim iam dimidium congelascere faciens albi lactis
 Textis in calathis stringens deposuit.
 Dimidium rursus statuit in uasis, ut ei esset
 Bibere epulanti, & ei ad coenam esset.
 Sed postquam sestinauit absoluens sua opera:
 Tunc ignem accendit, & uidit, interrogauitq; nos.

*Polyphemus aduenas in-
 terrogat.* Num ad aliquod negocium? an incassum erratis?
 Quemadmodum latrones supra mare, qui errant
 Animas exponentes, malum alienigenis inferentes?

Sic dixit. nobis autem rursus concidit charum cor
 Timentibus uocemq; grauem ipsumq; magnum.
 Verum & sic ipsum, uerbis respondens, allocutus sum.
 Nos à Troia errantes Achiui

*Vlysses re-
 spondet.* Omnigenis uentis super magnam undam maris,
 Domum cupientes. per aliam uiam alios cursus
 Venimus, sic Iupiter uoluit moliri.
 Populi autem Atride Agamemnonis gloriamur esse,

Cuius nunc ingens sub caelo gloria uiget.
 Tantam enim diripuit urbem, & perdidit populos
 Multos. nos autem rursus accedentes ad tua genua
 Venimus: si quid dederis hospitale, uel & alias
 Dederis munus, quod hospitibus fas est.
 Sed uerere optime deos: supplices autem tibi sumus.
 Iupiter autem fautor supplicumq; hospitumq;
 Hospitalis, qui hospites simul uerecundos sequitur.

*Iupiter hospi-
 talis.*

Sic dixi. hic autem mihi rursus respondit seuo animo.
 Stultus es o hospes, nunquid de longinquo uenisti
 Qui me deos iuberes, uel timere, uel cauere.
 Non enim Cyclopes Iouem habentem ægida curant:
 Neque deos beatos, quoniam longè potentiores sumus.
 Neque ego Iouis odium fugiens parcerem,
 Neque tibi, neque socijs, si non animus mihi iubeat.
 Sed mihi dic, ubi contines profectus bene factam nauem?
 Num in extremo littore, an propè, ut sciam.

*Cyclopes deo-
 rum contem-
 ptiores.*

Sic dixit in sidijs petès: me aut nō latuit scientē multa.
 Sed ipsum subito allocutus sum dolosis uerbis.
 Nauim quidem mihi fregit Neptunus quatiens terram
 Ad petras impellens, uestræ in finibus terræ
 Extremo littori admouens, uentus autem ex ponto tulit.
 Verum ego cum his subterfugi grauem mortem.
 Sic dixi. hic autem mihi nihil respondit truci animo.
 Sed hic irruens in socios manus iniecit.

*Cyclops di-
 rus socios de-
 uorans*

Simulq; duos corripiens tanquam catulos ad terram
 Contudit, cerebrū uero ad terrā effluit, irrigauitq; humū:
 Hos autem membratim incidens parauit coenam.
 Edebat aut tanquam Leo montibus nutritus: neq; reliquit
 Visceraq; carnesq; & ossa medulla plena.



Nos autem flentes tetendimus Ioui manus *(uit animi.*
 Impia facinora uidētes: consilij & mentis inopia occupa
 Sed postquam Cyclops magnum impleuit uentrem
 Humanas carnes edens, & purum lac bibens,
 Iacuit intra speluncam extensus per oues:
 Quem quidem ego cogitauī in magnanimo animo
 Propē accedens, ensē acutum trahens à femore,
 Vulnerare ad pectus, ubi mentes hepar habent,
 Ambabus manibus percutiens. altera autē me ratio prohibe
 Illic enim & nos perissemus graui morte: *(buli.*
 Non enim potuissemus à ianuis altis
 Manibus auellere lapidem magnum quem opposuerat.
 Sic tunc suspirantes expectauimus Auroram diuinam.
 Quando autē diluculum generās apparuit rosca Aurorā
 Tunc ignem accendit, & mulsit inclytas pecudes
 Omnes rite, & foetum submitit unicuiq;
 Sed postquam festinauit absoluens sua opera,
 Hic rursus duos corripiens parauit cœnam:
 Postquam cœnauit antro abegit pingues pecudes
 Facile auferens repagulum magnum: sed postea
 Iterum imposuit acsi pharetræ operculum imponeret.
 Multo autem strepitu ad montem uertit pingues pecudes
 Cyclops. at ego relictus sum, mala imo pectore cogitans
 Si quo modo punirem: daret autem uictoriam Minerva.
 Hoc autem mihi in animo optimum uisum est consilium.
 Cyclopi enim iacebat magnum robur iuxta caulam
 Viride, oleaginum, quod quidem inciderat, ut portaret
 Exsiccatum: hoc quidem nos comparauimus inspicientes.
 Quantum malus nauis uiginti remorum nigræ
 Onerarie late, quæ transit magnam undam,

Vlyssis consi
 lium.

Tanta erat lōgitudō, tanta latitudo, ex uisu conijciendo.
 Ex hoc quidem quantum ulna est ego abscidi astant,
 Et præbuit socijs abraendo polire iussi.
 Hi autem planum fecerunt: ego autem acui astant
 Summum: statim autē capiens torrebam igni combustiū.
 Et hanc quidem bene deposui contegens sub stercore
 Quod in spelunca fuissem erat passim multum:
 Verum alios sorte eligi iussi
 Quicumque auderet mecum sudem tollens
 Impingere in oculum, quā hunc dulcis somnus caperet.
 Hi autem sorte electi sunt quos & uolebam eligi
 Quattuor: uerum ego quintus cum his electus sum.
 Vesptinus autē uenit pulchras lanas hūtes pecudes pasces:
 Statim autem in latam speluncam egit pingues pecudes
 Omnes ualde, neq; aliquā liquit profundam extra caulam,
 Aut dedita opera, aut Deus sic iubebat.
 Sed postea opposuit repagulum magnū in altum tollens.
 Sedens autem mulgebat oues, & balantes capras,
 Omnia rite, & foetum submitit unicuiq;
 At postquam festinauit absoluens sua opera,
 Hic rursus duos corripiens præparauit cœnam.
 Et tunc ego Cyclopem allocutus sum propē astant,
 Operculum in manibus tenens nigri uini.
 Cyclops cape, bibe uinum, postq̄ edisti humanas carnes,
 Vt scias qualem potum nauis occultauit
 Nostra: tibi autem libamen ferebam, si me misertus
 Domum mitteres: tu autem insanis neque tolerabiliter.
 Iniuste quomodo aliquis ad te in posterum alius ueniet
 Ex multis hominibus, quoniā non ut decet fecisti. Qualde
 Sic dixi, hic uero accepit ac bibit: ex hilaratus est autē

Vlysses Poly
 phemo uinū
 offert.



Dulcem potum bibens, & à me petijt iterum.
Da mihi iterum libens: & mihi tuum nomen die
Statim nunc, ut tibi dem hospitale quo tu gaudeas.
Etenim Cyclopius fert fertilis terra
Vinū ex grādi uua depressum, & ipsis Iouis humber atq;
Sed hoc ex ambrosia & nectare est deductū. (getur)

Sic dixit, at illi rursus ego præbui nigrum uinum.
Ter quidem dedi ferens: ter autem bibit stultè.
Sed postquam Cyclopi circa mentes diffusum est uinum
Tunc ipsum uerbis allocutus sum blandis.

Cyclops rogas me nomen inelytum? sed ego tibi
Dicam, tu autē mihi da hospitale munus sicut promissisti.

Nullus. Nullus mihi nomen, nullum autem me uocant
Mater & pater, & alij omnes socij.

Sic dixi, hic autem mihi rursus respondit seruo animo.
Nullum ego ultimum edam cum suis socijs.

Hos autem alios ante: hoc autem tibi hospitale erit.
Dixit & reclinatus cecidit supinus: at postea (miser)

Iacuit in obliquū protēdens crassam ceruicē ipsum autē
Cepit omnia domans, faucibus autem ruebat uinum:
Frustrāq; humana, hic autem eructabat uino grauis.

Tunc ego sudem sub cinere egi multo
Donec calefieret, uerbis autem omnes socios

Audere hortatus sum, ne quis mihi timens retractaret.
Sed quando iam citò sudēs oleagina in igne erat futura

Accendi uiridis licet existens: prae lucebat autem ualde.
Tunc ego confēctim tuli ex igne, circum autem socij

Stabant, sed audaciam instrauit magnam Deus:
Hi quidē sudem corripientes oleaginā acutam in summum

Oculo in hēserunt: ego autem desuper eleuatus

Polyphemo
ob merū ster
tenti cruitur
oculus.

Voluebam, sicut quā aliquis perforaret lignum nauale uir
Terebra, alij infra submouent loro

Tangentes utriusq; hæc autem currit assidue semper.
Sic huius in oculo præustam sudem capientes (existentē).

Voluebamus: hunc autē sanguis circumstuebat calidum
Oēs autē ei palpebras circū & supercilia inurebat flāma,

Pupilla ardente: stridebant eius igne radices.
Sicut autē quā uir faber ferrarius securi magnā, uel asciam

In aquam frigidam mergit ualde resonantem
Obdurans (hoc enim ferri robur est)

Sic huius stridebat oculus oleaginam circa sudem.
Horrendum autē ualde lugebat, circū autē resonabat petra.

Nos autem timentes secessimus: sed hic sudem
Extraxit oculo pollutam sanguine multo.

Hanc quidem postea eiecit à se manibus anxius.
Sed hic Cyclops alta uoce uocabat, hi autē ipsum circum

Habitabant in speluncis per cacumina excelsa.
Hi uocem audientes aduenerunt aliunde alius.

Hi stantes autē interrogabāt circa speluncā quid ipsum præ-
Cur tantum Polypheme læsus sic clamasti? (mcret.)

Noctem per intempestam, & infomnes nos fecisti.
Num quis à te pecudes hominum inuita abigit?

An aliquis te ipsum interficit dolo, non uis?

Hos autē rursus ex antro allocutus est fortis Polyphemos,
O amici nullus me peremit dolo, non ui.

Hi autem, respondentes, uerba pennata dixerunt.
Siquidem iam nullus tibi uim affert soli existenti,

Morbum nullo modo licet Iouis magni fugere.
At tu supplica patri Neptuno Regi.

Sic dixerunt abeuntes: meum autē risit dilectum cor.

Polyphemos
Cyclops ad-
uocat.



O D Y S S E A E

Quoniam nomen sefellera meum, & consiliū optimum
Cyclops autem suspirans, & afflictus doloribus
Manibus contrectans lapidem auulsit à ianuis.
Ipse autem in ianuis manus protendens,
Si quem inter oues caperet exeuntem foras.
Sic enim me credebat in mentibus stultum esse.

At ego consului quomodo perquam optime fieret,
Si quam socijs à morte liberationem & mihi ipsi
Inuenirem: omnes autem dolos & consilium texui,
Quoniam de uita: magnum enim malum impendebat.

Vlyssis astu-
tia.

Hoc autem mihi in animo optimum apparuit consiliū.
Mares oues erant bene nutriti denso uellere,
Pulchriq; magniq; purpuream lanam habentes:
Hos tactus copulau bene tortis uiminibus:
In quibus Cyclops dormiebat magnus, iniusta sciens.
Simul tres capiens, qui in medio uirum portabat:
Duo alteri utrinque ibant seruantes socios.
Tres autem unum uirum oues portabant: at ego
(Aries enim erat pecudum longè optimus omnium)
Hunc per dorsum capiens lanosum sub uentre uolutus
Iacui, sed manibus lana multa
Fortiter inuolutis retinebam forti animo.
Sic tūc quidē suspirātes expectauimus Aurorā diuinam.
Quando autē diluculum generās apparuit rosea Aurorā,
Tunc postea in pascua exierunt mares pecudes.
Fœninae autem balabant non multae circa caulam:
Vbera enim distenta erant. Rex autem doloribus malis
Afflictus omnium ouium contrectabat dorsa
Rectorum stantium: hoc autem stultus non intellexit
Quod hi sub lanigerorum ouium pectoribus uincti erant.

I IX.

80

Ultimus aries pecudum exibat foras
Lana grauis & me, qui prudenter cogitaueram.
Hunc autē attrectans allocutus est fortis Polyphemus. Polyphemus
Aries iucundissime quid mihi sic per speluncā ruis pecudū arieti.
Ultimus? non antea relictus ibas ab ouibus:
Sed longè primus pascebas teneros flores herbæ
Longè iens, primus autem fluxus fluminum adibas:
Primus autem ad stabulum cupiebas redire
Vespertinus: nunc autem ualde ultimus, num tu Regis
Oculum desideras? quem uir improbus eruit
Cum scelestis socijs domans mentes uino
Nullus, quem nondum puto euasisse mortem.
Vtinam eadem mecum esses sententia, uocalisq; fieres
Dicere, ubi ille meam iram euitat.
Iccirco ei cerebrum per specum hūc illūc
Verberato flueret ad terram: meumq; cor
Requiesceret à malis, quæ mihi nequam intulit Nullus.
Sic dicens arietem à se misit foras.
Recedentes autem paululum à speluncaq; & caula.
Primus ab ariete solutus sum: solui autem socios.
Statim autē pecudes extēsos pedes habētes pingues pingue
Multas auertentes abegimus donec ad nauem (dine
Peruenimus: grati autem dilectis socijs apparuimus,
Qui fugeramus mortē: hos autē mœrore afficiebāt lugen-
Sed ego non permisi supercilij abnui unicuiq; (tes.
Flere: sed iussi uelociter lanigeras pecudes
Multas in nauim iacientes nauigare salsam aquam.
Hi autem statim ingressi sunt, & in transtris sederunt,
Ex ordine autē sedentes album mare uerberarunt remis.
Sed quando tantum aberam quātum auditur clamans,



O D Y S S E Æ

Vlyffes Polyphemus inful
Tunc ego Cyclopem allocutus sum mordacibus uerbis
Cyclops non debebas imbellis uiri socios
Comedere in spelunca concaua forti robore,

Et merito te debebant sequi male facta,
Cruodelis, quoniam hospites non meritus es tua in domo
Comedere, ideo te Iupiter ultus est, & Dij alij.

Sic dixi, hic autem postea iratus est ex animo magis.
Venit autem abrumpens uerticem montis magni.

Deiecit autem ante nauem nigram proram habentem,
Paululumq; defuit ad temonem summum peruenire.
Inundauit autem mare deueniente petra.

Hanc autem statim in continentem resluens tulit uonda.
Inundatio è ponto, & propè fuit ad terram peruenire.
Sed ego manibus capiens prælongum contum

Impuli extra, socijs autem hortans iusi
Impellere remis, ut malum fugeremus,
Capite annuens, hi autem incumbentes remigabant.

Sed quando iam bis tantum mare secantes aberramus.
Tunc iam Cyclopem allocutus sum: circum autem socij
Blandis uerbis prohibebant hinc inde:

Miser cur uis irritare agrestem uirum,
Qui & nunc in pontum iaciens saxum duxit nauem
Iterum in continentem: & iam uerebamur illic perire.

Si autem loquentem te, uel clamantem audiuerit,
Simul collidet nostra capita, & naualia ligna
Marmore aspero iaciens: tantum enim iaculatur.

Sic dixerunt, sed nõ persuaserunt meũ magnũ animũ
Sed ipsum illico allocutus sum irato animo.
Cyclops, si quis te inter mortales homines
Oculi rogabit grauem priuationem,

I IX.

81

Dixi Vlyffem urbium destructorem occecasse
Filium Laërtis in Ithaca domicilia habentem.

Sic dixi, hic autem mihi lugens respondit uerbo.
Heu certè iam ad me diu prædicta uaticinia ueniunt.

Fuit quidam hic uates uir bonusq; magnusq;
Telemus Eurymides, qui uaticinio præditus erat:

Et uaticinans consenuit cum Cyclopibus:
Qui mihi dixit, hæc omnia perfectum iri in futurum

Ex manibus Vlyffis priuatum iri uisu.
Sed semper aliquem uirum magnum, & bonũ expectaui

Huc uenturum esse magnam indutum fortitudinem.
Nunc autem me existens paruus, & nequam, & imbellis

Oculo occæcavit postquam me domuit uimo.
Sed age huc Vlyffes, ut tibi hospitalia præbeam,

Deductionemq; rogem dare inclytum Neptunum.
Huius enim ego filius sum: pater autè meus gloriatur esse,

Ipsè autem si uoluerit reducet, neque aliquis alius,
Neq; deorum beatorum, neq; mortalium hominum.

Sic dixit, at ego ipsum respondens, allocutus sum:
Vtinam iam animaq; & uita te potuissem

Priuatum faciens mittere ad domum Plutonis intra,
Quoniam non oculum restituet, neq; Neptunus.

Sic dixi, hic autem postea Neptuno Regi
Supplicauit manus tendens ad cælum stellis insignitum.

Audi Neptune terrã cõtines cæruleis redimite capillis
Si uerè tuus sum: pater autem meus gloriaris esse:

Da minime Vlyffem urbium destructorẽ domũ peruenire:
Filium Laërtis in Ithaca domicilia habentem.

Sed si ei fatum est amicos uidere, & peruenire
Domum bene ædificatam, & suam in patriam terram:

Hom. Odysf.

L

Telemus Cy-
clopum uat-
esImprecatur
Vlyffi Poly-
phemus.



O D Y S S E A E

Serò malè cat amittens omnes socios,
Nauì in aliena: offèdat autem ærumnas domi.

Sic dixit precatus, hunc autem exaudiuit Neptunus.
At hic rursus longè maiorem lapidem tollens
Venit uersans, innixusq; est magna ui.
Deiecit autem à tergo nauis nigram proram habentis,
Paululumq; defuit ad temonem summum peruenire.
Inundauit autem mare descendente petra:

Hæc àt ulterius tulit unda, appropinquauit àt in terram
Sed quando iam insulam peruenimus, ubi aliæ ^(Circæ)
Nauis bene tabulatæ manebant dense, circum autem socij
Sedebant lugentes nos expectantes continuo,
Nauem quidem illuc euntes traximus in arenam:
Et nos exiimus in littus maris,

Pecudes autem Cyclopi concava ex nauì capientes
Diuisimus, ut nullus mihi priuatus abiret æquali:
Arietem autem mihi soli fortes socij ^(littor)
Inter pecudes diuisas dederunt excellentem, hunc autè in
Ioui congregatori nubium Saturnidæ, qui oibus imperat,
Sacrificans crura combusti: hic autè nō curabat sacrificia,
Sed cogitabat quomodo perirent omnes
Nauis bene tabulatæ, & mihi chari socij.

Sic tunc quidem per totum diem usq; ad Solè occidentem
Sedimus, epulantes carnes multas, & merum dulce.
Quando autem Sol descendit, & tenebras est ingressus,
Tunc dormiuimus in littore maris.
Quando autè diluculū generans apparuit rosea Aurora
Iam tunc ego socios hortans iussi
Ipsosq; ascendere, & funes resoluerè.
Hi autem statim ingressi sunt, & in transtris sederunt,

I IX.

81

Ex ordine autem sedètes, album mare uerberarūt remis.
Inde autem primum nauigans, moesti corde
Lati ex morte, charis amissis socijs.

ARGUMENTVM. K. HOMERI
COMPOSITIONIS.

De Aeolo narrat ventorum custode, quemadmodum dedit
Vlyssi prosperum ventum Zephyrum, alios ventos includens in
vire, quem socij soluente dormiente vlysse tanquam in ipso aurum
esse putantes, redeunt ad Aeolum. Non excipiente autem
Aeolo Vlyssen, inde nauigās ad Lestrigonas deuenit, apud quos
vndecim nauis amittentes in Aeam proficiscitur. Et cum Eury-
loch, no dimidios socios forte electos emittit sciscitatuos q habi-
tantes, transformatis autem illis in sues a Circe præter Eurylochū,
ipse in inquisitionem iens captus a Mercurio Moly nihil lædi-
tur, sed & socijs pristinam formam sumentibus annum perma-
neat apud Circeam ad Plutonium descendit.

L ij



ODYSSEAE. K. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Cappa autem continet AEoli, Laestrygonum, et Circes factum.

Vlysses ad
Acolu uenit,



AEOLIAM in insulam perueni-
mus, ibi autem habitabat
AEolus hippotades dilectus immen-
talibus Dijs,
Nauigabili in insula: totam autem
ipsam circum murus

Aeoli regia.

Aereus infrangibilis, plana autem circumdabatur petre-
Huius & duodecim filij in domibus nati erant:
Sex quidem foeminae, sex autem mares pubescentes.
Tunc hic filias dedit filijs esse uxores.
Hi autem semper apud patrem dilectum, & matrem honorati
Epulantur, apud autem ipsos cibi infiniti iacent.
Odorata autem domus suspirijs impletur circa aulam.
Interdiu, noctes autem rursus apud uerecundas uxores
Dormiunt in tapetibus, & in perforatis lectis.
Et quod ad horum peruenimus ciuitatem, & domos pulchras
Mense autem totum amater habuit me, et interrogauit singula
Illum, Argiuorumque naues, & reditum Achiuorum.
At ego huic omnia rite narraui.

Aeolus Vlysses
si dat utrumque
torum.

Sed quando iam & ego uiam petij, & iussi
Mittere, nil ille reuinit: parauit autem deductionem.
Dedit autem mihi excorians utrem bouis nouemmarij:
Tunc autem procellosorum uentorum inclusit uias.
Illum enim custodem uentorum fecit Saturnius,
Et sedare, & excitare quem uelit.

Nauis autem in concaua religauit sine lucido,
Argenteo, ne quidem spiraret paululum:
At mihi spiritum zephyri praemisit flare,
Ut ferret nauesque & nos, sed non debebat
Perfici: ipsorum enim perditum sumus stultitij.
Nouem diebus quidem simul nauigauimus noctesque; et die.
Die autem decima iam apparuit patria terra.
Et iam ad ignem uertentes uenimus prope existentes.
Tum me quidem dulcis somnus aggressus est defessum:
Semper enim temonem nauis mouebam, neque alij.
Dedi sociorum, ut citius iremus in patriam terram.
Hi autem socij uerbis ad se mutuo dicebant,
Et me dicebant aurumque, & argentum domum ducere.
Dona ab AEolo magnanimo hippotade:
Sic autem quidam dixit inspiciens de propinquo alium.
Pater, ut hic omnibus dilectus, & honoratus est
Hominibus, quorumcumque & ciuitatem, & terram adit.
Multa qui ex Troiana ducit pretiosa pulchra
Praeda nos rursus cum eadem uiam perfecerimus
Domum imus uacuas manus habentes.
Et nunc ei haec dedit gratificans ob amicitiam
AEolus, sed age ocyus uideamus quaecumque haec sunt:
Quantum ue auri, & argenti in utre inest.

Sic dixerunt consilium autem malum uicit sociorum.
Vrem quidem soluerunt, uenti autem omnes irruerunt.
Hos autem statim raptens tulit ad pontum procella
Fientes terra a patria: at ego
Cum surrexissem in animo forti cogitauim
An eadens ex nauis perirem in ponto.
An quiete tolerarem, & adhuc inter uiuos degerem.

Vlysses amittit
uetos per imprudenciam,
utrumque a socijs
solutum.



Sed sustinui & mansi, coopertus autem in nauī
Iacebam. hæc autem ferebantur malo uenti turbine
Iterum in Aeoliam in sulam: suspirabant autem socij:
Tunc in continentem uenimus, & exhaustimus aquam.
Statim autem coenam pararūt ueloces apud naues socij.
At postquam ciboq; saturati sumus & potu,
Iam tunc ego præconem assumens & socium,
Iui ad Aeoli inclytas domos: hunc autem offendi
Comedentem apud suam uxorem, & suos filios.
Venientes in domum apud atria in limine
Sedimus: hi aut in animo stupuerunt, & interrogauerunt.
Quomodo redisti Ulysses: quæ tibi mala iuasit fortuna?
Certe te accurate dimisimus, ut peruenires
In patriâ tuâ, & domum, & sicubi aliquid dilectum
Sic dixerunt: at ego locutus sum tristis corde:
Læserunt me socij mali, ad hos quoq; somnus
Impius, sed medemini amici: facultas enim in uobis.

Sic dixi blandis utens uerbis.

Hi aut taciti facti sunt. pater aut respōdit hac oratione.

Abi ex insula cito o pessime uiuentium.

Non enim mihi fas est reducere, neq; remittere

uirum, qui Deis odio est beatis.

Abi quoniam Deis inuisus huc redisti.

Sic quidem dimisit ab ædibus grauius suspirantem.

Hinc autem primum nauigamus moesti corde:

Consumebatur uirorū auinus à renūgatione molesta

Nostra stultitia: quoniam non amplius apparebat reditus.

Sex dies quidem simul nauigamus noctesq; & diem.

Septima autem peruenimus Lami ad altam urbem

Longiportarum Læstrygoniam, ubi pastorem pastor

Ulysses uenit
ad Læstrygo-
nas.

Vocat impellens: hic autem expellens obedit.

Vbi in somnis uir duas accepit mercedes:

Vnam quidem boues pascens, aliâ aut albas oues pascens.

Prope enim noctesq; & die sunt uie.

Huc postquâ in portū inclytū uenimus, quæ circum petra

Alta erat, se in altum tollens utrinq;

Littora autem præeminentia aduersa inter se

In ore eminebant: angustus autem ingressus erat.

Illuc hi intro oēs impellebāt naues utrinq; remis agitata:

Hæc quidem intra portum concauum ligatæ sunt

Propinque, nō quidē enī unquā augebatur unda in ipso,

Neq; multum, neq; parua alba aut erat circum tranquillitas.

At ego solus detinui extra nauem nigrans

Illic in extremitate petrae fines ligans.

Steti autem in speculam asperam ascendens.

Illic quidem neq; bouum, neq; uirorum apparebāt opera:

Fumum autem solum uidimus à terra exilientem.

Iam tunc ego socios præmisi interrogare euntes,

Qui uiri essent in terra cibum comedentes.

Viros duos eligens tertium præconem ad lubens,

Hi autem ibant exeuntes in planam uiam, qua plaustra

Ad urbem ab altis montibus deducebant materiam:

Puelle autem obuiam facti sunt ante urbē aqutum cūti

Filie fortissimæ Læstrygonis Antiphatae.

Hæc quidem in fontem descenderat pulchrè fluentem

Artaciam: inde enim aquam ad ciuitatem portabat.

Hi autem astantes allocuti sunt, & interrogauerunt:

Quis horum esset Rex, & quibus imperaret.

Hæc autem statim patris indicauit altam domum.

Hi autem postquam ingressi sunt altas domos, mulierem

Fons artacia.



O D Y S S E A E

Antiphates
Rex Lestry-
gonum.

Inuenerūt quātū mōtis cacumē: ualde āt timuerūt ipsū.
Hęc aut statim ex foro uocauit inelytum Antiphatem
Suum maritum, qui his molitus est iugubrem mortem:
Statim unum corripuens sociorum, parauit coenam:
Hi autem duo ruentes fuga ad naues uenere.
At hic clamauit per urbem: hi autem ruentes
Veniebant fortissimi Læstrygones aliunde alius.
Infiniti non uiris similes, sed gigantibus,
Qui de rupibus ingentia saxa
Vibrabāt. statim aut malus strepitus in nauibus ortus est
Virorum morientium, nauiumq; simul fractarum.
Pisces aut sicut trāseuntes ad triste cōuiuium ferebāt,
Donec hi hos perderent portū ualde profundum intra.
Interim ego ensē acutum trahens à scemore
Hoc funes incidi nauis cæruleam proram habentis,
Statim autem meis socijs hortans iussi
Incumbere remis ut perniciem subter fugeremus:
Hi autem simul omnes remigarunt timentes mortem.
Libenter autem in pontum altus fugit petras
Nauis mea: at alię simul omnes illic perierunt.
Hinc autem primum nauigauimus tristes corde
Læti ex morte dilectis amissis socijs.

Aeëa insula. AEëam autem in insulam peruenimus: illic āt habitabat
Circe bene comata grauis Dea eloquens
Soror prudentis AEëte,

Vlysses ad
Circen diner
tit.

Ambo autem nati erant lucente hominibus ex Sole:
Matreque ex persa, quam Oceanus genuit filiam.
Illuc autem ad littus nauis deuenimus silentio
Tutum in portum: et aliquis Deus duxit.
Illuc tunc excuntes duosq; dies, et duas noctes

K X.

85

Iacuumus, simul laboreq; et doloribus aium cōsumentes.
Sed quando iam tertiu diē bene comata perfecit Aurora:
Et tunc ego meam hastam capiens, et ensē acutum
Statim ē nauis ascendi in speculam
Siquo modo opera uiderem mortalium uocemq; audirem.
Steti autem in speculam saxosam ascendens
Et mihi uisus est fumus à terra latas uias habenti
Circes in ædibus per nemora densa et syluam.
Cogitauit autem postea in mente, et in animo
Ire, et inquirere postquam uideram nigrum fumum.
Sic autem mihi cogitanti uisum est melius esse.
Primum euntem in nauem uelocem, et littus maris
Coenam socijs dare præmittereq; ad inquirendum.
Sed qñ iā ppē pueni eūdo ad nauē remis utrinq; impulsam
Tunc nescio quis me deorū miseratus est solum existētem.
Qui mihi alta cornua habētē ceruū magnū in uia ipsam
Misit: hic quidem ad flumē descenderat ex pabulo syluæ
Bibiturus: tam enim ipsum habebat uis Solis.
Hunc autem ego egressum in spina media dorsa
Percussi: ē regione autem hasta ærea penetravit.
Decidit autem inter pulueres clamans, et euolauit aius.
Ad hunc autē ego accedens lanceam æream ex uulnere
Traxi: quam illic declinans in terra
Dimisi: at ego euulsi uirgultaq; uiminaq;
Funem autem quanta est ulna bene tortum utrinq;
Plicans colligauit pedes ingentis monstri.
Iui autem super humeris portans ad nauem nigram
Hasta innixus, quia non poteram in humero
Manu portare altera: ualde enim magna fera erat.
Deteci autem ante nauem: suscitauit socios

Vlysses cer-
uum cōfigit.



O D Y S S E Æ

Blandis uerbis propè astans uiro unicuiq̃.

O amici, non enim descendemus licet afflicti
Ad Plutonis domos, antequam fatalis dies adueniat.
Sed agite ut (in naui ueloci cibusq̃; potusq̃;)
Recordemur cibi, neq̃; consciamur fame.

Sic dixi. hi autem cito meis uerbis paruere.
Egressi autem ad littus maris infructuosi
Admirati sunt ceruum, ualde enim magna fera erat.
At postquam delectati sunt uidentes oculis
Manus loti paruerrunt gloriosum conuiuium.
Sic tunc quidem per totum diè usq̃; ad Solè occidentem
Sedimus epulantes carnes multas, & uinum suauē.
Quando autem Sol descendit, & ad tenebras iuit,
Tunc dormiuimus in littore maris.
Quando autem matutina apparuit rosea Aurora,
Tunc ego concionem faciens uerba feci.

Audite mea uerba, mala licet passi socij.
O amici non enim scimus ubi occasus, neq̃; ubi Aurora,
Neq̃; ubi Sol lucens mortalibus it sub terram,
Neq̃; ubi resurgit: sed consuletemus ocyus
Si quod adhuc erit consilium: ego autem non puto esse.
Vidi enim in speculam saxosam ascendens
Insulam quam circum mare ingens ambit.
Ipsa autem humilis iacet: fumum autem in medio
Vidi oculis per nemora condensa & syluam.

Sic dixi. his autem fractum est dilectum cor:
Recordantibus operum Læstrygonis Antiphate:
Cyclopiq̃; uiolentiæ magnanimi uiros edentis.
Flebant autem uehementer huberes lachrymas fundentes
Sed non aliqua utilitas fiebat lugentibus.

K

X.

85

At ego bifariam omnes fortes socios
Numeravi: ducem autem utrisq̃; præbui.
Horū quidē ego dux erā, aliorū autē Eurylochus diuinus.
Sortes autem in galea area quassauimus cito:
Exiit autem fors in magnanimi Eurylochi.
Perrexit autem ire, simul cum hoc duo & uiginti socij,
Fientes: & nos reliquerunt lugentes retro.
Inuenerunt autem in concauitatibus factas domos Circes,
Politis lapidibus perspicuo in loco.
Circum autem ipsam lupi erant montani, & leones:
Hos ipsa māsuētos fecerat postquā mala uenena dedit.
Neq̃; hi irruēbant contra uiros, sed
Caudis longis blandientes surgebant.
Sicut autem quā circum dñm canes ad conuiuium euntem
Assulant: semper enim fert mulcentia animum:
Sic hos circum lupi robustis unguibus, & leones
Assulabāt. hi autē timuerūt postquā uiderūt grauiam mō-
steterūt autē in ianuis Deæ bene comate. (stra:
Circen autem intus audiuerunt canentem uoce suauī
Telam percurrentem magnam immortalē, qualia Dearū
Tenuia & gratiosa, & splendida opera sunt.
His autem uerbis incepti Polites princeps inter uiros,
Qui mihi gloriosissimus sociorū erat prudentissimūq̃;
O socij intus quædam percurrentem magnam telam
Pulchrè canit: pauimentum autē totum circum resonat,
Vel Dea, uel mulier: sed alloquamur ocyus.
Sic dixit. hi autem allocuti sunt uocantes.
Hæc autem statim exiens portas aperuit splendidas,
Et uocabat: hi autē simul omnes p̃ imprudētiā sequebātur.
Eurylochus autem remansit putans dolum esse.



vinum præ-
nium.

Circes Phar-
maco multi
in porcos uer-
si.

ODYSSEAE

Sedere fecit autem introducens per sedesq; thronosq;
Ipsis autem cascumq; & farinam, & mel recens
Vino pramneo immiscuit: remiscuit autem in pane
Venena mala, ut omnino obliuiscerentur patriæ terræ.
At postquam deditq; & biberunt statim postea
Baculo percutiens in haris porcorum cohibuit.
Hi autē porcorū quidē habebāt capita uocēq; corpusq;
Et setas: at mens erat firma sicut prius.
Sic hi flentes continebantur: his autem Circe
Iliceam glandem quernamq; iecit fructumq; corni
Ad edendum: qualia porci humi dormiētes semper edūt.
Eurylochus aut statim uenit uelocem ad nauem nigram
Nuncium sociorum narrans, & nefandum fatum:
Neq; effari poterat uerborum cupiens quanquam
Cor dolore magno percussus, & ei oculi
Lachrymis implebantur: luctum autem habebat animus.
Sed quā iam ipsum omnes admirati sumus interrogantes,
Tunc aliorum sociorum narrauit mortem.
Iuimus sicut inuisi in syluas illustris Ulysses
Inuenimus in cōcauitatibus edificatas domos pulchras,
Politis lapidibus conspicuo in loco.
Intus autē quedā magnam telā texēs stridule canebat:
Vel deus, uel foemina: hi autem locuti sunt uocantes.
Hec autem statim egressa ianuas aperuit splendidas.
Et uocauit: hi autē simul oēs per imprudētiā secuti sunt.
Sed ego remansi putans dolum esse:
Hi autem simul euauerunt omnes, neq; aliquis ipsorum
Apparuit: diu autem sedens ego obseruabam.
Sic dixit, at ego quidē ensem argēteis clauis munitum
Humeris circumposui magnum æreum: circū autē arcum
Hunc autem statim iussi in eadem me uia duceret.

K X.

87

At hic ambabus capiens precatus est genua,
Et me lugens uerba pennata alloquebatur.
Ne me duc illuc inuitum Egregie: sed linque hic:
Scio enim quod non ipse redibis, neq; aliquem alium
Duces tuorum sociorum, sed cum his ocyus
Fugiamus: adhuc enim fugerimus malum diem.
Sic dixit, at ego ipsum respondens allocutus sum.
Euryloche certe quidem tu hic hoc in loco
Edens, & bibens concaua in naui nigra.
At ego ibo: grauis autem mihi est necessitas.
Sic dicens ego à nauē descendī & mari.
Sed quādo iam futurus eram eundo sacras ad cōcauitates
Circes peruenire multum ueneficæ in magnam domum.
Tunc mihi Mercurius aureū baculū hūis obuiā factus est
Eunti ad domum, iuueni uiro similis
Primum pubescenti, cuius gratissima est ætas:
Et me manu tetigit, uerbumq; dixit, & compellauit.
Quo rursus infelix per montes uenis solus
Loci ignarus existens: socij autem tibi apud Circeam
Continentur tanquam proci densas latebras habitantes:
An liberaturus eo pergis? neq; te dico
Ipsam rediturum: manebis autem ubi & alij.
Sed age iam te à malis liberabo, & seruabo:
Accipe hoc medicamentū bonum: hūis autē ad ædes Circes
Vade, quod tibi capiti expellet malum diem.
Omnia autem tibi dicam pernicioſa consilia Circes.
Parabit tibi pottonem: ponet autem uenena in cibo.
Sed neq; sic decipere te poterit, non enim sinet
Medicamentū bonū quod tibi dabo: dicam autē singula.
Quando Circe te uerberabit longo baculo:
Tunc tu ensem acutum trahens à fœmore

Mercurij re-
mediū cōtra
Circes phar-
maca.



O D Y S S E Æ

In Circeⁿ rue tanquam interficere cogitans.
Hæc autem te timens iubebit ad cubile accedere,
Tunc tu ne postea abnuas Deæ cubile,
Vt tibi soluat socios ipsumq; curæ habeat:
Sed iube ipsam deorum magnum iusurandum iurare.
Non tibi ipsi nocumentum malum consulturam aliud.
Ne te nudatum malum, & non uirum reddat.

Sic dicens dedit herbam Mercurius
Ex terra euellens, & mihi genus ipsius ostendit.
Radix quidem nigra erat, lacti autem similis flos.
Moly herba. Moly autem ipsam uocant Dei difficile autem effodere
Viris mortalibus: Dei autem omnia possunt.
Mercurius quidem postea abiit ad longum Olympum.
Insulam supra syluosam: ego autem in domos Circes
Iui: multa autem mihi cor cogitabat eunti.
Steti autem in ianuis Deæ bene comate,
Vbi stans clamaui: Dea autem meam audiuit uocem.

Vlysses ad Cir-
cen ingredi-
tur.
Hæc autem statim exiens ianuas aperuit splendidas,
Et uocauit. at ego secutus sum tristis corde:
Sedere fecit aut me introducens in throno argenteis clauis
Pulchro, uario, sub aut scabellu pedibus erat. (munio
Parauit aut mihi potionem aureo poculo, ut biberem,
Et pharmacum immisit mala cogitans in animo.
At postquam deditq; & bibi, neq; me transformauit
Virga percutiens, uerbumq; dixit, & compellauit:
Vade ad haram porcorum cum alijs dormire socijs,
Sic dixit. ego autem ensen acutum trahens à femore
In Circeⁿ irruui tanquam occidere cogitans.
Hæc aut ualde uociferas accurrit, & prehendit genua
Et mihi lugens uerba uelocia dixit.

K X.

88

Quis? unde uenis uirorum? ubi tibi ciuitas & parentes?
Stupor me habet qd non bibes hæc Pharmaca mutatus es.
Neq; enim neq; aliquis alius uir hæc Pharmaca sustinuit,
Qui biberit, & primum accesserit ad septum dentium.
Tibi autem in pectoribus immaculata mens est.
Certe tu Vlysses es multiscius, quem mihi semper
Dicebat uenturum habens baculum aureum Mercurius
Ex Troia uenientem ueloci cum nauis nigra.
Sed age iam in uagina quidẽ ensen pone: nos aut postea
Cubile nostrum ascendamus, ut mixti
Lectis & amicitia concedamus nobis inuicem.

Sic dixit. at ego ipsam respondens, allocutus sum.
O Circe quomodo enim me iubes æquum esse,
Que mihi sues quidem fecisti in ædibus socios,
Ipsam autem hic tenens dolosa iubes
In thalamumq; ire, & tuum ascendere lectum,
Vt me nudatum malum, & non uirum facias:
Neq; ego uolo tuum inire lectum,
Si non patiaris Dea magnum iusurandum iurare
Non aliquid mihi ipsi nocumentum malum consulturam aliud.
Sic dixi. hæc autem statim iurauit sicut iussi.
At postquam iurauitq; perfecitq; iuramentum,
Tunc ego Circes iniui perpulchrum lectum:
Famulae autem interim in ædibus laborabant
Quatuor, quæ ei in ædibus ministrae erant.
Veniebant autem hæc ex fontibus, & à syluis,
Et è sacris flumijs, qui in mare proruant.
Harum una iecit super throni stragula pulchra,
Purpurea desuper, subter autem lintea tenuia subiecit.
Altera autem ante thronos strauit mensas

Vlysses Cir-
ce.



O D Y S S E A E

Argenteas, & in ipsis posuit aurea canistra.
 Tertia uero cratere dulce uinum miscebat
 Dulce in argenteo: distribuit autem aurea pocula.
 Quarta autem aquam ferebat, & ignem accendebat
 Multum sub tripode magno: calefiebat autem aqua.
 At postquam calefacta est aqua in splendenti lebete
 In balneum cum me locasset lauit ex tripode magno:
 Placide effundens in capiteq; & humeris,
 Ut mihi laborē animi corruptorem eximeret à membris.
 At postquam lauit, & unxit pingui oleo,
 Circum me tunicam pulchram iccit & interulam.
 Sedere fecit autem me introducens in thronum argenteum
 Pulchrum uarium: sub autem scabellum pedibus erat.
 Aquas autem alia famula gutturnio fundebat ferens
 Pulchro aureo super argenteo lebete
 Ad lauandum, & iuxta politam strauit mensam.
 Panem autem uerecunda famula apposuit ferens:
 Cibos multos imponens gratificans ex presentibus
 Comedere autem iubebat: meo autem nō placebat animo.
 Sed sedebam aliud cogitans: mala autem uidebat animus.
 Circe autē postquā intellexit me sedentem, neq; in cibaria
 Manus porrigentem: grauissimum autē dolorē habentem.
 Propē astant uerba uelocia allocuta est.

Circe Vlyssi.

Cur sic Vlysse sedes similis muto
 Animum edens: cibum autem non tangis, neq; potum.
 Circe Vlyssi An aliquem dolum alium putas: non te decet
 socios resti- Timere: iam enim iuravi magnum iusiurandum.
 tuit pristinae Sic dixit, at ego ipsam respondens, allocutus sum.
 formae. O' Circe quis enim uir, qui iustus esset
 Ante sustineret saturari cibo potuq;

Quam

Quam liberares socios, & in oculis uideret?
 Sed si prompta bibere edereq; iubes
 Solue ut oculis uideam pergratos socios.
 Sic dixi. Circe autem per domum exiuit
 Virgam habens in manu: ianuam autem aperuit harenae.
 Expulit autem ex harena similes porcis nouennarijs.
 Hi quidem postea steterunt aduersi. harenae autem per ipsos
 lens prebuit unicuiq; pharmacum aliud.
 Horū autē ex membris setae cadebant, quas prius generauit
 Pharmacū perniciosum, qd ipsis prebuit ueneranda Circe.
 Viri autem statim facti sunt iuniores, quam antea erant.
 Et multo pulchrioresq; & maiores usu.
 Cognouerūt autē me illi, tetigerūtq; in mibus unusquisque.
 Omnibus autem dulcis subijt luctus: circum circa domus
 Horrendum strepuit, Dea autem miserta est, & ipsa.
 Hec autem propē me stans, allocuta est diuina Dearum.
 Nobilis Laertiade multiscie Vlyssēs
 Inunc ad nauem uelocem, & littus maris:
 Nauem quidem quamprimum trahite in terram.
 Res autem speluncis admouete armaq; omnia.
 Ipse autem reuertere, & duc peramatos socios.
 Sic dixit, at mihi per suasus est animus nobilis.
 Perrexi autem ire in nauem uelocem, & littus maris.
 Inueni postea in nauī ueloci peramatos socios
 Miserabiliter lugentes huberem lachrymam effundentes.
 Sicut at qm in agro degentes uitule circa uaccas gregarias
 Venientes in mandriam postquam herba saturatae sunt:
 Omnes simul saltant aduersa, neq; caule
 Retinent: sed ualde mugientes circum currunt
 Matres, sic me illi postquam uiderunt oculis

Vlysses re. lit
 ad naues.



O D Y S S E A E

Lachrymantes accurrerūt: apparuit autem iⁿ sis ^{animus}
Sic esse, tanquam, si ad patriam irent, & ciuitatē ipsorum
Aspere Ithaces, ubi nutriti erant & generati:
Et mihi lugentes uerba uelocia dixerunt.

Tibi quidem redeunti ò egregie, sic gratulamur
Tanquam si in Ithacā iuissēmus patriam terram:
Sed age aliorum sociorum narra mortem.

Sic dixerunt, at ego allocutus sum blandis uerbis.
Nauem quidem quā primum trahamus in terram,
Resq; speluncis admoueamus armaq; omnia.
Ipsi autem maturate me simul omnes sequi:
Ut uideatis socios sacris in domibus Circes
Bibentes & edentes: anno enim toto durantē cibū habetis.

Sic dixi, hi autem cito meis uerbis paruere.

Eurylochus. Eurylochus autem mihi solus coërcuit omnes socios,
Et ipsis inclamans uerba uelocia allocutus est.

Ah miseri quo imus? quid mala queritis hæc
Circes in domum cundo: que omnes
Vel sues, uel lupos faciet, uel leones.

Qui eius magnam domum seruabimus coacti.
Sicut Cyclops fecit, quando eius in specum iuerunt
Nostrī socij, & una audax secutus est Vlysses.
Huius enim, & illi stultitij periere.

Sic dixit, at ego in animo cogitauī
Trahens longum ensē fortī à femore
Quo ei abscondens caput, in terram proijcere,
Quāquam affini existenti ualde propinquo: sed me socij
Blandis uerbis detinuerunt aliunde alius.

Generose hunc quidem sinamus, si tu iubes,
Hic apud nauemq; manere, & nauem seruare.

K X.

90

Nobis autem dux sis sacras ad domos Circes.

Sic dicentes à nauī descenderunt & à mari.

Neg; quidem Eurylochus cōcauā apud nauē relictus est, Vlysses oēs
Sed secutus est: timuit enim meā maximā reprehēsiōē. socios ad Cir
cen ducit.

Interim autem alios socios in domibus, Circe
Accuratē lauitq; & unxit pingui oleo,
Circum autem uestes bonas iecit & tunicas.

Conuiuantes autem bene omnes inuenimus in domibus.

Hi autē postquā se inuicē uiderūt intellexeruntq; omnia,
Flebant lamentantes: circum autem resonabat domus.

Hæc autē me propē stans allocuta est diuina inter Deas.

Nobilis Laërtiade prudens Vlysses

Nō amplius nūc abūdātē luctum excitetis. scio & ipsa,

Et quot in ponto passi estis dolores piscoso,

Et quot iniusti uiri nocuerunt in terra.

Sed agite comedite cibum, & bibite uinum,

Donec rursus animum in pectoribus resumatis,

Qualem quando primum reliquistis patriam terram

Aspere Ithacæ: nunc autem impotentes, & exanimati

Semper erroris molesti recordati: nunquam uobis

Animus in letitia, siquidem ualde multa passi estis.

Sic dixit, nobis autē rursus psuasus est animus gñosus.

Illic quidem dies omnes completum in annum

Sedimus conuiuantes carnes multas, & uinum dulce.

Sed quando iam annus fuit, & affuerunt tempora

Mensibus interemptis, & dies longi absoluti sunt:

Tunc me uocantes dixerunt peramati socij.

Infelix iam nunc recordare patriæ terræ.

Si sis est seruari, & peruenire

Domum in altam, & simul in patriam terram.



Sic dixerunt. at mihi persuasus est animus generosus.
Sic tunc quidem toto die usq; ad Solem occidentem
Sedimus comedentes carnes multas, & uinum dulce.
Quando autem Sol occidit, & in tenebras iuit,
Hi quidem dormierunt in domibus umbrosis.
At ego Circes ingrediens per pulchrum lectum
Genua tangēs uocaui, Dea autem meam audiuit uocem.
Et ipsam uociferans, uerba pennata dixi.

O Circe perfice mihi promissionem quam promissisti
Domum mittere, animus autem mihi impellitur iam
Et aliorum sociorum, qui mihi obtundunt animum
Circum me lugentes, quando tu non ades.

Circe prædi-
cit Vlyssiter
ad inferos.

Sic dixi. hæc autem statim respondit diuina Deorum
Nobilis Laërtiade prudens Vlisses
Non amplius nunc inuiti in mea manete domo,
Sed aliam oportet prius uiam perficere, & ire
Ad Plutonis domos, & laudate Proserpine,
Ad animam uaticinantis Thebani Tiresie
Vatis cæci, cuius mentes integræ sunt.
Cui & mortuo mentem præbuit Proserpina
Soli sapere: tibi autem umbræ aderunt.

Sic dixit. at mihi prostratus est animus,
Flebam autem in lectis sedens, neq; animus
Volebat amplius uiuere, & uidere lumen Solis:
At postquam flensq; uolutusq; expletus sum:
Tunc iam ipsam uerbis respondens, allocutus sum.
O Circe quis enim hanc uiam demonstrabit?
Ad plutonem enim nondum quis iuit cum nauis nigra.

Sic dixi. hæc autem statim respondit diuina Deorum
Nobilis Laërtiade prudens Vlysses

Non tibi ducis desiderium in nauis curæ sit.
Malum autem firmans, & uela alba extendens
Sede hanc autem tibi flatus Boreæ feret.
Sed quando iam nauis per Oceanum transueris
Ibi littusq; breue, & nemora Proserpine
Longaq; Abi, & salices infructiferae,
Nauem quidem illuc applicabis ex Oceano profundo.
Ipse autem in Plutonis uade domum latam.
Illic quidem in Acheronta Pyrisle gethonq; fluunt
Cocytusq; qui à stygia aqua est deductus
Petræq; concursusq; duorum flumiuorū ualde sonantium.
Illic aut postea heros cum appuleris, propè sicut iubeo
Foveam fode quanta cubiti mensura longa lataq;
Circum ipsam autem libamen funde omnibus mortuis
Primum mulso postea autem dulci uino:
Tertio autè rursus aqua: post autem farinas albas misce.
Multum autem uoces mortuorum infirma capita.
Profectus in Ithacam sterilem bouem, quæ optima sit
Sacrificæ in domibus, pyramq; imple bonis rebus,
Tiresiæ autem seorsum longè ouem sacrificare puto
Totam nigram, quæ ouibus præcellat uestris.
At postquam uota feceris in elyto generi mortuorum,
Tunc ouem arietemq; sacrificabis foeminamq; nigram
In Erebum conuersus: ipse autem à longè uerte
Ingressiens fluij fluxus: illuc autem multe
Animæ ueniunt cadauerum mortuorum.
Tunc postea socios hortare, & iube
Oues, quæ iam iacebunt, iugulatas sauo ere
Excoriantes comburere: supplicare autem Deis
Fortiq; plutoni, & laudate Proserpine,



O D Y S S E A E

Ipse autem ensem acutum trahens à fecmore
Sede, neq; sinas mortuorum impotentia capita
Sanguinem propè ire, antequam Tiresiam audiueris:
Tunc ad te statim uates ueniet princeps populorum,
Qui tibi dicet uiam, & mensuras uie,
Reditumq; quomodo in pontum ibis piscosum.

Sic dixit, statim autem aurea uenit Aurora.
Circum autem me uestemq; palliumq; uestimèta induit
Ipsa autem splendidam Pallā magnā induta est nympha
Subtilem & gratiosam, & cingulū circumposuit latus
Pulchrum aureum, capiti autem imposuit flammeolum.

At ego per domos iens hortabar socios
Dulcibus uerbis, stans propè uirum unumquemq;
Non amplius nunc dormientes fruiamini dulci somno:
Sed eamus, iam enim mihi dixit ueneranda Circe.

Vlysses socijs Sic dixi, his autem persuasus est animus generosus,
Neq; tamen inde illesos duxi socios.

**Elpenoris ca
sus.** Elpenor autem quidam fuit maxime iuuenis, neq; ualde
Potens in bello, neq; mentis compos,
Qui mihi seorsum à socijs sacris in domibus Circes
Frigoris cupidus cubabat uino grauis:
Motorum autem sociorū tumultum, et strepitum audis
Repente surrexit, & oblitus est mentibus suis
Retrogradum se descendere, iens per scalam longam,
Sed è regione parietis cecidit, & ei ceruicis
Ossa fracta sunt, anima autem ad Plutonem descendit:
Venientibus autem his ego uerbum dixi.
Putatis domum dilectam in patriam terram
Ire: aliam autem nobis uiam indicauit Circe
Ad Plutonis domos, & laudatæ Proserpine,

K

X.

92

Ad animam uaticinantis Thebani Tiresiæ.

Sic dixi, hi uero prostrati sunt animo.
Sedentes autem illic lugebant, euellebantq; capillos:
Sed nulla utilitas fiebat lugentibus.
Sed quando iam in nauem uelocem, & litus maris
Iuimus, dolentes teneras lachrymas fundentes,
Tunc autem ueniens Circe apud nauem nigram
Agnam alligauit ouem, feminamq; nigram
Facile prætergressa: quis enim Deum uolentem
Oculis uidere possit, huc uel illuc cunctem?

ARGVMENTVM. A. HOMERI
COMPOSITIONIS

Narrat quomodo secundum Circes mandata in infernum descēdit. Et quomodo audiuit Tiresiam uatem de sui ipsius, & aliorum salute. Et quomodo Heroas, & Heroidas uidi in inferno, & matrem. Et ad illum cōmilitantes aliquos, & in inferno qui punirentur.

M iij



ODYSSEAE. A. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Lambda autem, in inferno animabus obuia fit Vlyffes.



T postquam ad nauem descendimus
& mare:
Nauem quidem primum deduximus
in mare diuum:
Et malum posuimus & uela in ma-
ui nigra.

Intro autem oues accipientes ire fecimus: intro & ipsi
Iuimus dolentes huberes lachrymas fundentes.
Nobis autem à tergo nauis nigrae prora
Prosperum uctum immisit pendente uelū bonū amicū
Circe bene comata grauis Dea altiloqua,
Nos autem arma singula expedientes in nauī
Sedebamus: hanc autē uentusq; gubernatorq; dirigebat.
Huius aut per totū diē extensa sunt uela pontū transiēti
Occidit tunc Sol, obumbratq; sunt omnes uie.
Hæc autem in fines peruenit profundi Oceani.
Illic autem Cimmericorum uirorum populusq; ciuitasq;
Caligine & nebula cooperti: neq; unquam ipsos
Sol lucidus aspicit radijs,
Neq; quando tendit ad cælum stellatum,
Neq; quando retro in terram à cælo uertitur.
Sed nox pernicioſa extenditur miseris hominibus.
Nauem quidem illuc uenientes traximus: extra autē oues
Accepimus: ipsi autem rursus apud fluxum Oceani
Iuimus, ut in locum perueniremus quem dixit Circe.

Vlyffes ad
Cimmericos di-
uertit.

Hic sacra quidem Perimedes Eurylochusq;
Feciebant. ego autem ensem acutum trahens à fœmore
Foueam fodi quantum cubiti mensura hinc & inde:
Circum ipsam autem libamina fundimus oibus mortuis.
Primum mulso, postea autem dulci uino,
Tertio rursus aqua, & farinas albas miscui.
Mulum autem orauī mortuorum infirma capita:
Profectus in Ithacam sterilem bouem, quæ optima esset
Sacrificare in domibus, pyramq; implere bonis.
Tiresiam autem seorsum ouem sacrificare noui
Totam nigram, quæ ouibus antecellat nostris.
Hos aut postquam uotis precationibusq; gētes mortuorū
Precatus sum: oues autem accipiens obruncaui
In fossam: fluebat autē sanguis niger: congregatq; sunt
Anime ex Erebo cadauerum mortuorum.
Nymphæq; iuuenesq; & multa passi senes,
Virginesq; teneræ nuper flebilem animum habentes.
Multi autem uulnerati æreis lanceis
Viri in bello necati cruenta arma habentes,
Qui multi circum foueam ueniebant aliunde alius
Magno clamore, me autem pallidus timor cepit.
Iam tunc postea socios hortans iussi
Pecora quæ iam iacebant iugulata sauo ære
Exortantes comburere: supplicare autem Dijs
Fortiq; Plutoni, & laudatæ Proserpine.
At ego ensem acutum trahens à fœmore
Sed, neq; permisi mortuorum impotentia capita
Rogauim prope ire, antequam Tiresiam audirem.
Prima autem anima Elpenoris uenit socij:
Nonnam enim sepultus erat sub terra lata.

Inferorum lo-
cus.

Approperat
mortuorum
anime

Elpenoris
umbra Vlyssæ
si apparet



Corpus enim in domo Circes reliquimus nos
Inſletum & inſepultum, quoniam labor alius urgebat.
Hūc quidē ego lachrymatus ſum uidēs, miſertusq; ſū aīo
Et ipſum clamando uerba uelocia allocutus ſum.

Elpenor quomodo ueniſti ſub caliginem obſcuram,
Præcuiſti pedes exiſtens, quā ego cum nauī nigrā.

Sic dixi, hic autem mihi lugens reſpondit uerbo,
Nobilis Lærtiade prudens Vlyſſe,

Nocuit mihi Dei ſatum malum, & multum uinum.

Circes autem in domo dormiens non animaduerti
Me retrogradum deſcendere eundo per ſcalam longam.

Sed contra murum cecidi: aſt autem mihi ceruix
Neruorum fracta eſt, anima autem in infernū deſcendit.

Nunc aut his qui uēturi ſunt poſtea precor non p̄t̄it̄
Per uxorem & patrem, qui educauit paruū exiſtens.

Telemachumq; quem ſolum in domibus reliquiſti.

Scio enim quod hinc iens domo ex infernū
Inſulam in AEEam impelles bene fabricatam nauim:

Tunc te poſtea Rex iubeo recordari mei,
Ne me inſletum, inſepultum, abiens retro relinquant.

Separatus ne deorum ira ſiam.

Sed me combure cum armis quæcumq; mihi ſunt:
Sepulchrumq; mihi accumula caui in littore maris

Viri inſelicis, & cuius apud poſteros fama ſit.

Hæc q; mihi perſice: ſigeq; in ſepulchro remum,
Quo & uiuus remigabam exiſtens cum meis ſocijs.

Sic dixit, at ego ipſum reſpondens, allocutus ſum.

Hæc tibi ò inſelix perſiciamq; & faciā.

Nos quidem ſic uerbis reſpondentes moleſtis
Sedebamus: ego quæ ſepati ſupra ſanguinē enſem tenebam.

Idolum autem ex altera parte ſocij multa loquebatur.

Veniſti autem inſuper anima matris mortuæ
Autolyci filia magnanimi Anticlea,

Quam uiuam dereliqui iens ad illium ſacrum.

Hæc quæ ego lachrymatus ſum uidēs, miſertusq; ſum aīo.

Sed neq; ſic ſini priorem licet ualde dolens
Sanguinem propè ire, antequam Tireſiam audirem.

Veniſti autem inſuper anima Thebani Tireſie
Aurcum ſceptrū tenens: me autem nouit, & allocuta eſt.

Cur iterum ò inſelix linquens lumen Solis
Veniſti, ut uideas mortuos, & iniucundam regionem?

Sed recede à ſoſſa, remoue autem enſem acutum,
Sanguinem ut bibam, & tibi uera dicam.

Sic dixit, ego autem retrocedens enſem argenteum
Vagina incluſi: hic autē poſtquā bibit ſanguinē nigrum,

Et tunc iam me uerbis allocutus eſt uates uerus.

Reditum queris dulcem illuſtris Vlyſſe:
Hunc autem tibi difficilem faciet Deus, non enim puto

Latere Neptunum: quam iram impoſuit animo
Iratus quòd ei filium dilectum excæcaſti.

Sed tamen & ſic mala licet paſſi peruenietis:
Si uolueris tuum animum continere & ſociorum.

Quando iam primum applicabis bene fabricatā nauem
Trinacie inſula profugiens nigrum pontum.

Pafcentes autem inuenietis boues, & pingues oues
Solis, qui omnia uidet, & omnia audit:

Quas ſiquidem & innocuos ſines reditumq; curabis:
Viq; in Ithacam mala licet paſſi peruenietis.

Sic autem ledes, tunc tibi uaticinor mortem
Nauisq; & ſocijs: ipſe autem licet fugies

Vmbra Anti
clæ matris
Vlyſſis.

Tireſie um-
bra Vlyſſi
oēm itineris
ſuccēſū præ
ſagit.



Serò male ibis, perdens omnes socios
Nauì in aliena: offendes autem incommoda domi
Viros proteruos, qui tibi uictum edunt
Petentes diuinam uxorem, & dotes dantes.
Sed certe illorum uiolentiam uleiscris profectus.
Sed postquam procos in domibus tuis
Interfeceris, uel dolo, uel palàm acuto ense,
Ibis postea capiens remigabilem remum,
Donec ad illos peruenieris, qui nesciunt mare.
Viri, neq; sale mixtum cibum edunt,
Neq; utiq; sciunt naues purpureas proras habentes,
Neq; nauigabiles remos, qui aële nauibus sunt.
Signum autem tibi dicam ualde apertum, neq; te fallit.
Quando tibi obuiam factus alius utator
Apparebit stabrum habere in splendido humero,
Et tunc iam terra figens nauigabilem remum
Faciens sacra bona Neptuno regi
Agnum, taurumq; porcorumq; custodem aprum.
Domum ibis sacrificia sacras hecatombas
Immortalibus Deis, qui cælum latum habitant
Omnibus ualde rite, mors autem tibi ex mari ipso
Imbecillis ualde talis uenit, quæ te perimet
Senectute sub matura constitutum, circum autem populi
Diuites erunt, hæc autem tibi uera dico.

Sic dixit, at ego ipsum, respondens, allocutus sum.
Tiresia hæc quidem quoquo filis parcarum decreuere, dixit.
Sed age mihi hoc dic, & uere narra.
Matris uideo animam mortuæ:
Hæc dolens sedet, & opè sanguinem, neq; suum filium
Potest contra uidere, neq; alloqui.

Dic Rex quomodo me cognoscet talem existentem.
Sic dixi, hic autem me rursus respondens, allocutus est.
Facile tibi uerbum dicam, & in mentibus ponam
Quemcumq; quidem permittes cadauerum mortuorum
Sanguinem propè uenire: hic tibi uerum dicet.
Cui inuidebis: hic tibi rursus ibit retro.
Sic dicens anima quidem iuit domum inferni intra
Tiresia Regis, postquam uaticinia dixit.
At ego illic mansi firmiter quousq; mater
Venit, & bibit sanguinè nigrum: statim autè cognouit,
Et me plorans uerbis pennatis allocuta est.
Fili mi quomodo uenisti sub caliginem atram
Uiuens existens: difficile autem hæc uiuis uideri.
In medio enim magni fluij, & grauiua fluentia.
Oceanus quidem primum quem nullo modo est transire
Pedestrè existentem, nisi habeat bene fabricatam nauim.
Numquid nunc troia errans huc uenis
Cum nauì, & socijs multo post tempore: neq; dum uiuisti
In Ithacam? neq; uidisti in domibus uxorem?
Sic dixit, at ego ipsam respondens, allocutus sum.
Mater mea, necessitas me deduxit ad inferos
Animam interrogaturum Thebani Tiresia.
Non enim propè ueni Achæida, neq; meam
Terram adiuui: sed semper habens errorem unnam:
Ex quo primum secutus sum Agamemnonem diuinum
Ad illium bonos equos habens, ut cū Troianis pugnarem.
Sed age mihi hoc dic, & uere narra.
Quæ te parca domuit aspera mortis?
Numquid longus morbus? an Diana sagittis gaudens
Suis splendidis telis inuadens interfecit?

Anticlea ma
ter Ulysseni
alloquitur.



Vlyſſes q̄rit
ex matre cō-
ditionē uxo-
ris, filij & pa-
tris.

O D Y S S E Æ

Dic mihi de patre, filio, quem reliqui,
An adhuc apud illos meus honor? an iam
Virorum alius habet? me autem nō amplius dicūt relictū.
Dic autem mihi nuptæ uxoris uoluntatemq; mentemq;
An manet apud puerum, & firmiter omnia seruat:
An iam ipsam uxorem duxit Achiuorū aliquis optimus.
Sic dixi. hæc autem statim respondit pudica mater.
Et ualde illa manet patienti animo
Tuis in domibus: erumne eam semper
Corrumpunt noctesq; & dies lachrymantem.
Tuum autē nōdū quis habet pulchrū honorē: sed tacitū
Telemachus delubra habitat, & conuiuia æqualia
Conuiuatur, ut decet iudicem uirum sapere.
(Omnes enim uocant) pater autem tuus illic manet
In agro, neq; ciuitatem adit, neq; ei lecti,
Thalami, & chlenæ, & stragula culta.
Sed hic hyeme quidem dormit, ubi serui in domo
In cinere pp̄ ignē: malas aut corpore uestes indutus.
At postquam uenit æstasq; & germīnans aut uinnus,
Vbiq; ei in terra fertilis uineæ
Folij declinatis humiles positi sunt lecti,
Vbi hic iacet dolēs: magnum aut mentibus dolorē
Tuam mortē lugens: difficile aut ad senectutē perueniū.
Sic enim & ego perdita sum, & mortem secuta sum.
Neq; me in domibus pulchra Diana
Suis splēdidis telis petens occidit.
Neq; aliquis igitur mihi morbus aduenit, qui maxime
Tabē odiosa membris abstulit animum.
Sed me tuumq; desyderium, tuæq; curæ illustris Vlyſſes,
Tuæq; modestia dulcem animum abstulit.

A X I.

Vlyſſes cona-
tus matrem
amplecti, fru-
stratur

Sic dixit. at ego uolebam mentibus cogitans
Matris meæ animam capere mortuæ.
Ter quidem irruī, capereq; me animus iussit,
Ter autem mihi ex manibus umbræ similis & somno
Euolauit, mihi autē dolor grauis factus est in corde magis
Et ad ipsam uocando uerba uelocia dixi.
Mater mea cur me non expectas capere uolentem,
Ut & in inferno dilectas manus implicantes
Ambas, horrido saturemur luctu.
Nunquid aliquod mihi idolum hoc illustris Proserpina
Excitauit, ut etiam magis lugens suspirem?
Sic dixi. hæc autem statim respondit ueneranda mater. Mater ulyſſi.
Hæc mihi fili mi super omnes infelix uiros,
Non te Proserpina Iouis filia decepit,
Sed ipsa lex est hominum, quando moriuntur.
Non enim amplius carnesq; & ossa nerui habent.
Sed hæc quidem ignis magna uis ardentis
Corrumpit, quando primum liquit alba ossa animus.
Anima autem: tanquam somnium uolans euolat.
Sed lumen citissime desyderas. hæc autem omnia
Scias, ut & in futurum tuæ dicas uxori.
Nos quidem sic uerbis colloquebamur, & mulieres
Venerunt, mouit enim illustris Proserpina
Quotquot optimorum uxores fuerant & filie:
Hæ aut circum sanguinem nigrū densæ congregatæ sunt:
At ego consului quomodo interrogarem singulas.
Hoc autem mihi in animo optimum uisum est consilium.
Trahens longum ensē forti à sæmore
Non fini bibere simul omnes sanguinem nigrum.
Hæ autem una post aliam uerunt, & unaquæq;



Tyro.

Enipeus flui-
uius

Suam generationem dixit. at ego autem interrogavi
Tunc primam Tyro uidi bono patre natam:
Hec dixit Salmoni illustris se filiam esse.
Dixit aut Crethei uxorem fuisse Æolide:
Hec fluium amauit Enipeum diuinum,
Qui longè pulcherrimus fluiorum per terram fluit:
Et in Enipeum uoluuntur pulchra fluentia.
In hunc ingressus terram quatiens Neptunus
In ostio fluij dormiuit uorticosi.
Purpurea autem unda circumstetit monti similis
Curuata: cooperuitq; Deum mortalemq; mulierem.
Solut autem uirginalem zonam, somnumq; in suadit.
At postquam perfecit Deus amoris opera,
Eam tetigit manu. uerbumq; dixit, & compellauit.

Gaude mulier: perfecto autem anno
Paries splendidos filios, quoniam non uani concubitus
Immortalium: tu autem hos nutri atq; educa:
Nunc autem uade ad domum, & contine, neq; nonnino:
At ego sum Neptunus quatiens terram.

Pelias neleus

Sic dicens, sub pontum ingressus est undosum.
Hec autem grauida Peliam peperit, & Neleum:
Hi fortes famuli Iouis magni facti sunt
Ambo: Pelias quidem in lata Iaolo

Aeson Pheretes

Habitauit pecoris diues, ille autem in Pylo arenosa.
Hos autem alios Cretheo peperit Regina mulicrum
Aesonemq; & Pheretem, Mythaonemq; equis gaudens

Mythaon

Antiope.

Amphion

Zethus

Hanc autem post Antiopem uidi Asoni filiam.
Hec autem & Iouis gloriabatur in ulnis dormiuisse
Et habuit duos filios Amphionemq; Zethumq;
Qui primi Thebes fundamētū iecerūt septē portas

Turris

Turresq; fecerunt: quoniam non turritam poterant
Habere latam Thebem fortes licet existentes.

Hanc aut post Alcmenam uidi Amphyrionis uxore: Alcmena
Hec autem Herculem audacem animum leonis habentem
Genuit in ulnis Iouis magni mista.

Et Megarem Creontis magnanimi filiam, Megara

Qua habuit Amphyrionis filius fortitudine semper in-
Matremq; Oedipodis uidi pulchra Epicastram, (domitus. Epicastra

Hec magnum opus fecit ignorantia mentis
Nupta suo filio. hic autem suum patrem interficiens

Uxorem duxit. uerum inaudita Dei fecerunt hominibus.
Sed hic quidem Thebis multa expertus mala passus est,

Cadmeis imperauit Deorum iratos propter animos.
Hec autem inuit in infernum portas habentem fortes,

Suspensa fune alto ab alta trabe
Proprio dolore uicta. huic dolores reliquit in futurum.

Multos ualde quotquot matris furia solent perficere.
Et Chlorin uidi per pulchram, quam quondam Neleus Chloris

Uxore duxit sua propter pulchritudine, postq; praeuit
Inuorem filiam Amphionis Iasidae, (ingente dotem

Qui aliqui in Orchomeno Minyeo fortiter imperauit,
Et Pylo regnauit, peperit autem ei illustres filios,

Nestoremq; Chromiumq; Perichlymenumq; magnanimu.

Ad hos etia optima Pero peperit admirabile hominibus. Pero

Hanc omnes petebant uxorem uicini, neque Neleus
Uli dabat, qui non curuas boues latas frontes habentes

Ex Philace abigeret a ui Iphiclea
Difficiles, quas solus promisit uates egregius

Abigere. graue autem Dei fatum in uinula egit
Vinculaq; difficilia, & bubulei syluestres.

Hom. Odyss. N



O D Y S S E A E

Sed quando iam mensesq; & dies completi sunt
Statim perfecto anno, atq; affuerunt tempora,
Tunc ipsum soluit uis Iphiclea

Leda Vaticinia omnia dicentē. Iouis autē perfecta est uoluntas

Et Ledam uidi Tyndari uxorem.

Hæc sub Tyndaro sapientissimos peperit filios,
Castoremq; equorū domitorē, & pugnis bonū Pollucem,
Quos ambos uiuos tenet uiuificans terra:

Qui & in terra honorem à Ioue habentes

Aliàs uiuunt per uices renascentes, aliàs rursus
Moriuntur. honorem autem sortiti sunt equaliter

Iphimedeæ Hanc post Iphimedeam Aluei uxorem

Vidi: hæc dicebat se cum Neptuno miscuisse:

Et peperit duos filios, qui breuis æui fuerunt,
Otus & Otumq; diuinum, & ualde inclytum Ephialtem,

Otus & Ephialtes.

Quos longissimos nutriuit uitam donans terra:

Et longè pulcherrimos post inclytum Oriona.

Nouem enim annorum cū essent, nouem cubitorum erant

Latitudine, at longitudine erant nouem passuum.

Hi & immortalibus minati sunt in celo:

Pugnare statuere impetuosi belli

Ossam Olympo prompti erant ponere, & Ossæ

Pelium excelsum, ut celum peruium esset:

Et perfecissent si ad ætatis mensuram peruenissent.

Sed perdidit Iouis filius, quæ pulchricoma peperit Latona

Utrosq; antequam ipsis sub temporibus lanugines barbæ

Florerent, uariarentq; genæ florenti lana.

Phædranq;, Procrimq; uidi, pulchranq; Ariadnam

Phædra Procris Ariadna

Filiam Minois infelicis, quam quondam Theseus

Ex Creta in terram Athenarum diuinarum

A X I.

98

Dixit quidē: sed nō potius, ante aut ipsam Diana sustulit
Dia in circumflua Bacchi testimonijs.

Mæramq;, Glymenenq; uidi, miseranq; Eriphylum,

Quæ aurum dilecti uiri accepit pretiosum.

Omnes autem non ego dicam, neq; nominauerim,

Quot heroum uxores uidi, & filias:

Prius enim & nox deficiat immortalis: sed & tempus

Cubandi, aut ad nauem celerem profecto ad socios,

Aut hic profectio autem Dijs, uobisq; curæ erit.

Sic dixit. hi autem omnes tacitè facti sunt silentio:

Voluptate autem tenebantur in ædibus imbriferis.

His autem Arcte albarum ulnarum incepit sermones.

Phæaces cuiusmodi uobis uir hic uidetur esse,

Formaq;, magnitudineq;, & mente intus æquabilis?

Hospes autem rursus meus est, unusquisq; aut sortitus est

Ideo ne festinantes dimittite, neque dona (pretiosa

Sic indigenti negate: multæ enim uobis

Opes in ædibus, Deorum gratia, iacent.

Hos autem allocutus est senex Heros Echeneus,

Qui Phæacum uirorum senior erat.

O amici, nō quidē uobis sine sapiētia, neq; sine iudicio

Loquitur Regina perprudens, sed parete.

Alcinoos autem ab hoc manat opusq;, uerbumq;.

Huic autem contrà Alcinoos respondit, locutusq; est.

Hoc quidem sic iam erit uerbum, si ego

Uiuus Phæacibus stultiosis navigationis imperabo.

Hospes autem sustineat, ualde licet reditum desiderans:

Veruntamen permaneat ad crastinum, quoad omne

Donum perfecero, profectio autem uiris curæ erit

Sibus, maxime aut mihi, quippe cuius ptas est in populo.

N ij

Mæra.

Glymene

Eriphyle.

Arcte Phæacensibus

Alcinoos

Vlysi.



O D Y S S E Æ

Huic autem respondens allocutus est prudens Vlysses
Alcinoë Rex omnium clarissime populorum,
Si me & in annum iubeatis hic manere,
Profektionemq; maturetis, & splendida dona detis,
Et hoc uellem: & multo fructuosius esset
Maiore cum manu charam in patriam peruenire:
Et honestior & charior uiris essem
Omnibus, quot me Ithacam uiderent redeuntem.

Huic autem contra Alcinoüs respondit, locutusq; est
O' Vlysses, non te existimamus intuentes
Deceptoremq; esse, & dolosum, ut multos
Pascit terram nigra frequentes homines,
Mendaciaq; ferentes, unde quis neque uiderit.
Tibi autem est pulchritudo uerborum, est aut mens boni
Sermonem autem tanquam poeta scienter dixisti.
Omniumq; Argiuorum, tuosq; ipsius dolores tristes.
Sed age, hoc mihi dic, & uere narra.
Si quos cõserendorum Dijs sociorum uidisti, qui te ipsos
Ad illum comitati sunt, & illic mortem ceperunt.
Nox hæc ualde longa, immensa, neque dum hora
Cubandi in aula, tu autem mihi dic admirabilia opera.
Et in Auroram diuinam sustinerem, cum mihi tu
Ferres in aula tuos dolores loqui.

Huic autem respondens, allocutus est prudens Vlysses
Alcinoë Rex omnium clarissime populorum,
Hora quidem multorum uerborum: hora autē & sermo
St autem adhuc audire cupis, neque ego
Hæc tibi inuidebo, & miserrima alia dicere
Mala meorum sociorum qui ponē perierunt,
Qui Troianorum quidē subterfugerūt luctuosum bellum.

A 3 2 2 X I.

99

Inreditu autem perierunt male causa uxoris.
Sed postquam animas quidem sparsit scorsum aliò
Casta Proserpina mulierum foeminearum:
Accessit uero anima Agamemnonis Atridae
Mæstæ: circum autē alie congregatæ erant, quot cum ipso
In domo Aegisthi occiderunt, & mortem ceperunt.
Cognouit aut statim me ille postq; bibit sanguinē nigrū,
Flebat autem hic acriter, tencras lachrymas fundens,
Extendens in me manus attingere cupiens,
Sed non enim ei amplius erat uis firma, neque uirtus,
Qualis antea fuit curuabilibus membris.
Hunc quidē ego lachrymatus sum uidēs, misertusq; sum
Et ipsum uocās uerba uelocia allocutus sum. (animo.)
Atride gloriosissime Rex uirorum Agamemnon,
Que te parca interfecit diuturne mortis?
Nunquid te in nauibus Neptunus domuit
Excitans dirorum uentorum magnum spiritum?
An te iniqui uiri laferunt in terra
Boues circum cædentem, & ouium greges pulchros?
An pro urbe pugnantem: an mulieribus?
Sic dixi, hic autē mihi statim respondens, allocutus est,
Ione nate Laertiade multi consilij Vlysses,
Neque me in nauibus Neptunus domuit,
Excitans dirorum uentorum magnum spiritum,
Neque me iniqui uiri laferunt in terra:
Sed mihi Aegisthus machinatus obitum, mortemq;
Interfecit cum perniciofa uxore, domum uocans
Conuians, ut quis interfecisset bouem in præsepio.
Sic mortuus sum miserrima morte, circum autē alij socij
Acriter interfecti sunt tanquam porci ferorum dentium,
Qui in diuitis uiri ualde potentis

Agamemno-
nis umbra su-
um exitium
Vlysi refert



O D Y S S E A E

Vel nuptijs, uel symbolo, uel conuiuio abundanti.
 Iam quidem multorum uirorum cædi affuisti
 Singillatim interfectorum, & in forti pugna.
 Sed illa maxime uidens doluisti animo.
 Sicq; circum crateram mensasq; plenas
 Iacebamus in domo. pauimentum autem omne sumabat.
 Tristissimam autem audiui uocem Priami filie
 Cassandrae, quam interfecit Clytemnestra dolosa
 Propè me. at ego in terram manus extollens
 Iactabam moriès super ense, hæc aut caninos oculos habebat.
 Discessit: neq; mihi pertulit eunti in infernum
 Clytænestræ
 scuitia
 Manibus oculos comprimere, osq; concludere,
 Ut non acerbius, & caninius aliud muliere
 Quæcunque iam talia in animum opera induxerit,
 Quale & illa cogitauit opus in honestum,
 Inueni machinans marito cædem certe dixi
 Iucundum filijs, & seruis meis
 Domum me peruenire: ea uero egregiè perniciofa sciens
 Sibiq; dedecus infudit, & futuris post
 Fœmineis mulieribus, & quæ benefica esset.
 Sic dixit at ego ipsi respondens, locutus sum.
 O' papè certe ualde iam genus Atræi late sonans Iupitèr
 Terribiliter odit muliebria propter consilia.
 A' principio Helena quidè perdit sumus gratia multi.
 Tibi autem Clytemnestra insidias struxit absenti.
 Sic dixi. hic autè mihi statim respondens, allocutus est.
 Ideo nunquam, & tu mulieri benignus sis,
 Neque et consilium omne dic quod bene scias.
 Vxori non te
 mere creden-
 dum.
 Sed hoc quidem dic, illud autem occultum sit.
 Sed non tibi Vlysses cædes crit ab uxore.

Cassandrae
cædes

Clytænestræ
scuitia

Contra uxo-
res.

Vxori non te
mere creden-
dum.

A X I

Atque enim prudensq; & bene mente consilia nouit
 Filia Icarij sapientissima Penelope.
 Certe quidem ipsam puellam reliquimus nos
 Petentes militiam. filius autem ei erat in ubere
 Infans, qui nunc in uirorum est numero
 Felix. certe enim hunc pater charus uidebit rediens:
 Et ille patrem amplectetur, sicut æquum est.
 Hæc autem mea, neq; filio satari uxor
 Oculis permisit (prius autem me interfecit) & ipsum.
 Aliud autem tibi dico, tu autem in animum induc tuum.
 Clam neque palam charam in patriam terram
 Nauem sistere, quoniam non amplius fides mulieribus.
 Sed age mihi hoc dic, & uerè narra.
 Vbi nam adhuc uiuere auditis filium meum,
 An in Orchomeno, an in Pylo arenosa?
 An apud Menelaum in Sparta spatiosa?
 Non enim adhuc mortuus est in terra diuinus Orestes.
 Sic dixit. at ego ipsi respondens, locutus sum.
 Atride cur me hæc interrogas? neque quicquam scio
 Viuat ille, an mortuus sit. malum autem incerta dicere.
 Nos quidem sic uerbis respondentes inuisis
 Stetimus dolentes calidas lachrymas effundentes.
 Venit autem in super anima Pelide Achillis,
 Et patrocli, & perfecti Antilochi,
 Alacisq; qui optimus fuit speciq; corporeq;
 Aliorum danaorum, post strenuum Achillem.
 Cognouit autem anima me uelocis pedibus Aeacidae:
 Et gemens uerba uelocia locuta est.
 Ioue nate Laërtiade uersute Vlysses,
 Miser cur etiam maius in mente cogitasti opus?

Achillis ani-
ma Vlyssi.



Quomodo potuisti in infernum descendere? ubi mortui
Inscientes habitant hominum idola agentium.

Sic dixit. at ego ipsi respondens, locutus sum.
O Achilles Pelei fili multum optime Achiuorum,
Veni Tiresiae propter usum, si quod consilium
Dicat, quomodo Ithacam in asperam uadam.
Non enim propè iui Achaidam, neque nostram
Terram adiui, sed semper habeo mala, te autem Achilles
Nullus uir ante hac beator, neque in posterum.
Antea quidem, n. te uiuètem honorauimus aequaliter
Argiui: nunc rursus ualde dominaris mortuis
Hic habitans: ideo non mortuus tristare Achilles.

Sic dixi. hic autem mihi statim respondens, locutus est.
Ne iam mihi mortem commemora illustris Vlysses:
Vellem & rusticus esse, & seruire alij
Viro inopi, cui non facultates multae essent,
Quam omnibus mortuis corruptis imperare.
Sed age mihi de tuo nato illustri uerba fac.
Nū secutus est in bellū propugnator ut esset? aut etiā
Dic autem mihi de Peleo inculcato siquid audiuisti.
An adhuc habet honorem multos apud Myrmydonas?
An ipsum uituperant per graeciam, Phthiamq;
Quoniam ipsum senectus detinet manibusq; pedibusq;
Non enim ego auxiliator sub radijs solis
Talis, existens qualis quondam in Troia lata
Interfeci populum optimum opitulans Argiuis.
Si talis autem irem paululum in patris domum,
Illi asferrem uim, & manus incolumes,
Qui illum uiolant, prohibentq; ab honore.
Sic dixit. at ego ipsi respondens, locutus sum.

Certe quidem de Peleo inculcato nihil audiui.
At de filio Neoptolemo dilecto
Omnem ueritatem dicam, ut me iubes.
Ipse enim illum ego caua in naui aequali
Duxi ex Scyro post bellicosos Achiuos
Certe qñ circa ciuitatem Troiam consultaremus consilia
Semper primus dicebat, & non errabat uerbis.
Nestorq; diuinus, & ego contendebamus soli.
At quando circum ciuitatē Troiam pugnaremus Achiuui
Nunquam in multitudine manebat uirorū, neq; in coetu:
Sed multum procurrebat suo robore nulli cedens.
Multos autem uiros interfecit in molesta pugna.
Omnes autem non ego dixerim, neque nominarim,
Quantum populum interfecit auxilians Argiuis.
Sed qualem Telephidem interfecit ferro,
Herao Eurypilum. multi autem circum ipsum socij
Mysij interfecit sunt muliebrium gratia donorum,
Illum iam optimum uidi post Memnonem diuinum,
At quando in equum descendimus quē laborauit Epeus,
Argiuorum optimi, mihi autem omnia demandata erant:
Et uersare callidum dolum, & imponere.
Ibi alij Danaorum duces, & gubernatores
Lachrymasq; abstergebant, tremebāt genua uniuersiuusq;
Illum nunquam prorsus ego uidi oculis:
Neque pallestem colore pulchro, neq; genis
Lachrymas abstergentē. is autē me ualde multum rogabat
Ex equo extire: ensis autem querebat manubrium,
Et lanceam ere grauem, mala autē Troianis moliebat.
Sed cum iam Priami ciuitatem deuertimus altam:
Sortem, & prēmium bonum habens nauem conscendit

Neoptole-
mus.

Eurypilus
Telephi fi-
lius.



O D Y S S E A E

Sospes, neq; percussus acuto ferro,
Neque per se vulneratus qualia multa
Fiunt in bello: confuse autem ferit Mars.

Sic dixi. anima autem pedibus uelocis Aeacidae
Ibat magnis passibus incedens per herbosum pratam
Letitia, quod suum filium putabat excellentem esse.
Verum altae animae mortuorum defunctorum
Stetere dolentes. dicebant autem dolores unaqueque.

Aiacis anima.

Sola autem Aiacis anima Telamoniadae
Scorsum stabat irata, propter uictoriam
Qua ipsum ego uici litigans apud naues
De armis Achillis. posuit autem ueneranda mater.
Filij autē Troianorum iudicauerunt, & Pallas Minerva
Vtinam non contigisset mihi uincere tali in certamine.
Tale enim caput propter illa terra compressit
Aiacem, qui supra quidem specie supraque operibus fatis
Alios Danaos post strenuum Pelidem.

Vlysses ad Aiacis um =
bram.

Hunc quidem ego uerbis allocutus sum mellitis.
Aiax filii Telamonis strenui non debebas
Neque mortuus obliuisci in me ira propter arma
Perniciosa: haec autē detrimētum Dei posuerunt Achilli
Talis enim ipsis turris perijisti. te autem Achilli
Non minus Achillis capite Pelidae
Dolebanus orbati prorsus, neque aliquis alius
Causa. sed Iupiter Danaorum exercitum bellicosorum
Vehementer odit: in tuum autem interitum contulit.
Sed age huc rex, ut uerbum & sermonem audias
Nostrum: doma autem feritatem, & superbum animum.
Sic dixi. hic autē mihi nihil respondit. iuit autē ad alios
Animas in Erebum mortuorum defunctorum.

A X I.

Tunc tamen allocutus est iratus, certe ego hunc.
Sed meus uoluit animus in pectore charo
Aliorum animas uidere defunctorum.

Minos

Ibi certe Minoen uidi Iouis illustrem filium
Aureum sceptrum tenentem iura dantem mortuis
Sedentem, illi uero ipsum circum iura postulabat Regem
Sedentes statuti in latarum portarum inferni domo.

Orion

Post hunc autem Orionem magnum animaduerti
Feras simul uertentem per herbosum pratam,
Quas ipse interfecit in solitarijs montibus,
Manibus tenēs fustem totum ferreum semper infractum.

Tyrtius

Et Tyrtium uidi terrae pergloriosa filium
Iacentem in solo: hic autem in nouem iacebat iugera.
Vultures autem ipsum utrinque assidentes iecur tondebant
Viscera dolore afficiētes. hic autē non tuebatur manibus.
Latonam enim laesit Iouis uenerandam concubinam
Ad Pytho uenientem per amœnum Panopea.

Tantalus.

Et quidem Tantalum uidi dueros dolores ferentem
Statutum in palude. haec autem appropinquabat mento.
Stabat autem sitiens: potum autem non habebat capere.
Quoties enim inclinabatur senex bibere uolens,
Toties aqua peribat absorpta. circa autem pedes
Terra nigra apparebat. siccabat autem Deus.
Arbores autem excelsae de uertice effundebant fructum
Piri, & mali punice, & pomi splendorum fructuum:
Ficusque dulces, & oliuae uirescentes.

Sisyphus

Has quando pergebat senex in manibus ut caperet,
Has uentus iactabat ad nebulas umbrosas.
Et quidem Sisyphum uidi dueros dolores ferentem,
Lapidem ferentem maximum utrisque manibus.



O D Y S S E A E

Certe hic quidem innitens manibusq; pedibusq;
Lapidē sursum impellebat ad cacumen, sed cū iam prop
Verticem superaret: tunc auertebatur ualida uis.
Rursus postea ad campum uolebatur lapis immensus.
At hic iterum impellebat extensus, sudor autem
Fluebat è membris, puluis de capite cadebat.

Hercules
Hebe.
Post hunc autem animaduerti uim Herculeam
Simulachrum. ipse autem cum immortalibus Deis
Delectatur in cōuiuio: & habet pulchrorū talorū
Filiam Iouis magni, & Iunonis aurei calciamenti.
Circa autem ipsum uox mortuorum erat auium tanquam
Vndiq; citatorum. hic autem tenebrose nocti similis
Nudum arcum tenens, & in neruo sagittam
Acrius intuens semper iacenti similis.
Maximus autem illi circum ad pectus balteus,
Aureum erat lorum: ubi diuina opera laborata erant.
Vrsiq; syluestresq; porci, horribilesq; leones,
Pugnæq; præliaq; cædesq; uirorumq; uulnera.
Non opifex, neq; aliud quid fabricatus esset,
Qui illud scutum sua fabricatus est arte.
Cognouit autem statim ille postquam uidit oculis,
Et mihi lugens uerba uelociter locutus est.

Hercules
Vlyssi.
Ioue nate Laertiade prudens Vlysses,
Heu miser: certe aliquam & tu malam mortem agis,
Quam ego tuli sub radijs solis,
Iouis quidem filius fui Saturnij, at ærumnam
Tuli magnam. ualde enim multum peiori uiro
Domitus sum. hic autē mihi difficilia imposuit certamen
Et quondā me huc misit canē abducturum. nō. n. am. p. l. l. l.
Cogitauit hoc mihi difficilium esse certamen.

Λ XI.

103

Hunc quidem ego tuli, & duxi ex inferno.
Mercurius autē me misit & caesorum oculorū Minerua.
Sic dicens ipse quidem rursus iuit domum inferni intra.
At ego illic mansi firmiter, si quis adhuc ueniret
Virorum heroum, qui iam antea perierant:
Et adhuc superiores uidi uiros quos uolebam.
Theseum, Pirithoumque decorum pergloriosos filios.
Sed ante greges congregati fuerunt infiniti mortuorum
Clamore magno. me autem nouus timor cepit:
Ne mihi Gorgoneum caput grauis monstri
Ex inferno mitteret illustris Proserpina.
Statim inde ad nauem iens iussi socios
Ipsosque conscendere: funesque resolvere.
Hi autem statim ingressi sunt, & in sedibus sederunt.
Hanc autem in Oceanum fluium tulit unda fluxus.
Primum quidem remigatio, postea autem optimus uetus.

Thesei um =
bra.

ARGUMENTVM. M. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Narrat ex inferno factum ipsi reditum ad Circen; & quomodo
præter Sirenas nauigauit, & errantes petras Scyllamque &
Charybdin. Et ipsius nauis & sociorum iacturam interficiendum
quendam ex Solis bobus. Et quomodo solus super ligno ad Ca
lyplo euasi.

My Sirenas tenet, & errantes, & boues Solis.



T postquam fluminis liquit fluctum
Oceani
Nauis, peruenitq; unda maris lati
Insulam in AEean, ubi Aurora
uernæ ue
Domus & edes sunt: & oritur

Solis.

Nauem quidē illuc peruenientes applicuimus in arenis.
Verum & ipsi exiimus in litore maris.

Reditus ab
iferis ad Cir-
cen.

Elpenor tu-
mulatur.

Circe prae-
git futura pe-
ricula.

Illic autem dormientes expectauimus Auroram diuinam.
Quā aut matutina apparuit roseos digitos hñs Aurora.
Iam tunc ego socios praemisi in domos Circes,
Portatum cadauer Elpenorem mortuum.
Ramos aut statim incidētes, ubi extremū proninet litus,
Sepelimus dolentes salsas lachrymas effundentes.
Sed postquam cadauer combustum est, & arma mortui,
Tumulum fundentes, & columnam erigentes
Fiximus in supremo tumulo aptum remum.
Nos quidem singula gubernauimus, neq; uero Circe
Ex inferno redeuntes latuimus: sed ualde cito
Venit parata. simul autem famulae ferebant cum ipsa
Panem, & carnes multas, & calidum uinum rubrum.
Illa uero in medio stans locuta est diua Dearum.
Miseri qui uiuentes subiistis domum inferni
Bis mortui, cum alij semel moriantur homines.

Sed agite, comedite cibum, & bibite uinum
Rufus per diem una cum Aurora apparente
Nauigabit. at ego ostendam uiam, & singula
Significabo, ut non malo consilio tristi,
Vel mari, uel in terra doleatis lesionem patientes.
Sic dixit. nobis aut contra persuasus est aius strenuus.
Sic tunc quidem per totum diem in Solem occidentem
Sedebamus epulantes carnesq; multas, & uinum dulce.
Cum uero Sol occidit, & nox superuenit,
Illi quidem accubuerunt apud fines nauis.
Ipsa aut me manu cōprehendēs dilectis seorsum à socijs
Collocauit, & affata est: & requisiiuit singula.
At ego huic omnia per ordinem narraui.
Et tunc iam me uerbis allocuta est ueneranda Circe.
Haec quidem sic omnia transacta sunt. tu autem audi.
Ut tibi ego dico: admonebit autem te & Deus ipse.
Sirenas quidem primum adibis, quae omnes
Homines leniunt quicumq; ipsas adit:
Quicumque imprudentia appulerit, & uocem audierit
Sirenum: huic nihil uxor & fatui pueri
Domum redeunti astant, neque letantur.
Sed Sirene stridulo leniunt cantu
Sedentes in prato: multus circum ex osibus cumulus
Virorum marcescētium: circum aut pelles diminuuntur.
Sed ultra age: aures etiam obtura sociorum
Ceram molliens mellitam, ne quis audiat
Aliorum. at ipse audire si uolueris
Ligent tibi in nauis ueloci manusq; pedesq;
Rectum ad malum, ex autem ipso fines deligentur:
Ut delectatus uocem audias Sirenum.



O D Y S S E A E

Si autem obsecrabis socios, solueręq; iubebis,
Ipsi uero pluribus tunc uinculis illigent.

At postquam has pertransferint socij:
Tunc tibi non amplius præterea longius dicam.
Vtra iam tibi uia erit, sed & ipse
Animo cogita, dicam autem tibi utrinque.

Cyanea saxa. Hinc quidem enim petrae altae apud autem ipsas

Vnde magna resonat caerulei maris:
Erratiles has iam Dei beati uocant.

Illac quidem, neque uolucres prætereunt, neque columbae
Timide, quae Ambrosiam Ioui patri ferunt.

Sed & has semper aufert leuis petra:

Sed aliam addit Iupiter numeratam esse.

Illac autem nunquam aliqua nauis fugit uirorum quae accedit,
Sed simul tabulasq; nauium, & corpora uirorum

Vnde maris portant, ignisq; perniciosi procellae.

Sola illa præter nauigauit per mare iens nauis

Argo omnibus curae ad Aetna nauigans.

Et hanc huc cito iecit magnas ad petras:

Sed Iuno prætermisit: quoniam amicus erat Iason.

Describitur Scylla à Circe.

Hi autem duo scopuli, hic quidem in caelum latum perueniunt

Acuto uertice: nebula autem ipsum circuit

Cæca, haec quidem nunquam recedit, neq; unquam sereniatur

Illius tenet uerticem, neq; in aestate, neq; in autumno,

Neque conscendat mortalis uir non descendat

Neque si illi manus uiginti, & pedes essent.

Petra enim leuis est, derasa similis.

Medio autem in scopulo est spelunca obscura.

Ad caliginem in crebum uersa, quo uos

Nauem concauam dirigite illustris Ulysses:

M X I I

205

Neq; ex naue concaua iuuenis uir

Arcu iaculans concauam speluncam intret.

Illic autem intus Scylla habitat grauius clamans:

Cuius enim uox quidem quanta catulae nouellae

Fit ipsa autem monstrum malum, neq; aliquis ipsam

Leuaretur uidens, neq; si Deus congregaretur.

Huius enim pedes sunt duodecim omnes deformes:

Sex autem ei colla praelonga, in autem unoquoq;

Terribile caput, in eo autem trium ordinum dentes

Densi, & frequentes pleni nigrae mortis.

Media quidem in spelunca caua mersa est.

Foras autem extollit caput grauis baratri.

Illic autem piscatur scopulum circum prompta

Delphinesq; canesq;, & sicubi maius caperet

Cetus: quae infinita alit sonorum mare.

Illic autem nondum unquam nautae illae si gloriantur

Fugisse cum nauis, portat autem in capite singulo

Virum eripiens nauis nigrae prora.

Alium autem scopulum humiliorem uidebis Ulysses

Propè inter se: & periacula rere.

Hic autem ficus inest magna folijs pullulans.

Haec autem sub diuina Charybdis resorbet nigrae aquam.

Ter quidem enim emittit in die, ter autem resorbet

Ardae: non tu ibi aduenias quando absorbet

Non enim liberarit te à malo neq; Neptunus.

Sed ualde Scyllae scopulo applicans cito

Nauem expelle, quoniam multo melius est

Sic socios in nauis desiderare, quam simul omnes.

Sic dixit, at ego illi respondens, locutus sum.

Ela age iam mihi hoc dea uerum dic.

Hom. Odyss.



Si quomodo perniciosam fugiam Charybdim:
Huic etiam repugnem quando mihi ledat socios.

Sic dixi. haec autem statim respondit diua Dearum.

O Miser & rursus bellicosa opera sunt curae
Et labor: neq; Deis concedes immortalibus?

Haec autem non mortalis: sed immortale malum est,
Durumq; difficileq; & agreste, neq; repugnabile:

Neq; aliqua est potestas fugere potissimum est ab ipsa.

Si enim contaberis armatus aduersus petram,
Timeo ne te rursus adorta consequatur.

Tot capitibus tot & uiros capiat.

Sed ualde uehementer expelle. clama autem Cratae in
Matrem Scyllae. quae ipsam peperit nocentiu hoibus.

Quae ipsam postea prohibebit rursus adoriri.

Trinacriam autem in insulam peruenies: illic autem multi
Pascuntur Solis boues, & pingues oues,

Septem bouum armenta, tot autem ouium greges pulchros
Quinquaginta autem singuli. ortus autem non fit ipsarum.

Neq; unquam corrumpuntur. Deae autem pastores adsumunt
Nymphae pulchricomae Phaetusaq; Lampetiaq;

Quas peperit Soli superuenti diuina Neera:
Has quidem igitur quae aluit, peperitq; uenerabilis mater

Trinacriam in insulam misit procul habitare:
Pecora obseruare paterna, & curuas boues.

Has si quidem illasas fines, reditumq; curabis:
Certe etiam in Ithacam malis quamuis affecti ibitis.

Si autem ledas: tunc tibi significo mortem
Nauiq; & socijs. tu uero si forte euades

Tarde male, naues cum amiseris, omnes socios.
Sic dixit. statim autem aurifeda uenit Aurora.

Haec quidem postea ad insulam recessit diuina Dearum.

Trinacria.

Phaetusa.

Lampetia

At ego ad nauem iens hortatus sum socios
Ipsosq; ascendere, finesq; resolvere.

Hi autem statim ingressi sunt, & in transiris sederunt.
Ex ordine autem sedentes canu mare uerberabant remis.

Nobis autem rursus pone nauem nigrae prora
Astorem uetum mittebat implentem uelut bonu comitem

Circe bene crinita grauis Dea canora.
Statim autem arma singula defatigati per nauem

Ponebamus. haec autem uentusq; gubernatorq; dirigebant.
Tunc uero ego socijs allocutus sum tristis animo.

O socij, non enim oportet unum scire, neq; duos solos
Vaticinia: quae mihi Circe dixit diuina Dearum.

Aut elabentes, mortem & parcam fugiamus,
Sirenarum quidem primum iubebat diuinarum

Vocem uitare, & pratium floridum.
Solum me iubeat uocem audire. sed me uinculo

Ligate in duro, ut firme illic maneam
Rectum in malo, sed ex ipso capita uinciantur.

Si autem precer uos, soluereq; iubeam:
Vos uero pluribus tunc in uinculis premite.

Certe haec singula dicens socijs exposui.
Tunc uero statim exiuit nauis bene fabricata

In insulam Sirenarum impellebat enim uetus innocuus:
Statim & uentus quidem cessauit: & tranquillitas

Fuit sine uento: sopiuit autem fluctus Deus.
Surgentes autem socij nauis uela plicauerunt:

Et haec quae in nauis cocaua posuerunt. ipsi autem ad remigia
Incumbentes dealbabant aquam politis remis.

At ego caere magnam rotam acuto gladio
Alij pulu disseca's manib' ualidis premeba

At ego ad nauem iens hortatus sum socios
Ipsosq; ascendere, finesq; resolvere.

Hi autem statim ingressi sunt, & in transiris sederunt.
Ex ordine autem sedentes canu mare uerberabant remis.

Nobis autem rursus pone nauem nigrae prora
Astorem uetum mittebat implentem uelut bonu comitem

Circe bene crinita grauis Dea canora.
Statim autem arma singula defatigati per nauem

Ponebamus. haec autem uentusq; gubernatorq; dirigebant.
Tunc uero ego socijs allocutus sum tristis animo.

O socij, non enim oportet unum scire, neq; duos solos
Vaticinia: quae mihi Circe dixit diuina Dearum.

Vlysses socijs

Vlysses ad Si
renaru insu-
lam appulit.



Cantus Sire-
narum.

Statim autem mollescebat cæra cum iuberet magna uis
Solis splendor super euntis regis.

Deinceps autem socijs in aures omnibus unxi.

Hi autem in nauis me ligauerunt manibusq; pedibusq;

Rectum in malo: sed ex ipso capita uinciuerunt.

Ipsi autem sedentes album mare uerberabant remis.

Sed qñ tantum aberamus, quātum exauditus est clamor

Celeriter impellentes has non latuit uelox mari nauis

Propè admota, acutum autem parauerunt cantum.

Huc age ueniēs plaudabilis Vlysses magna gl'ia Achæ

Nauem sustine, ut nostram uocem audias. (uocem)

Non enim aliquis has præteruexit naue nigra

Antequam nostram dulcem ab oribus uocem audisset.

Sed his delectatus recedit plura sciens.

Scimus enim omnia quæcunq; in Troia lata

Argui Troianiq; deorum uoluntate tulere,

Scimus etiã quæcunq; facta sunt in terra multa pascua

Sic dixerunt mittentes uocē pulcherrimã, at meus aut

Volebat audire: soluereq; iubebam socios

Supercilijs annuens. hi autem incumbentes remigabant

Statim surgentes Perimedes, Eurylochusq;

Pluribus me in uinculis ligabant, magisq; premebant.

At postquam has præterueximus, neq; amplius postea

Vocem Sirenarum audiebamus, neq; cantum,

Statim cæram abstulerunt mei instructi socij.

Quã ipsis in auribus unxi, me autē lex uinculis soluere

Sed cum iam hanc insulam linquebamus: statim postea

Fumum, & magnum fluctum uidi, & sonitum uenti.

Horum autem timentium de manibus exciderunt remis.

Sonuērunt autem omnes in fluxu. tenebatur autem illis

Nauis, quoniã nō ampli⁹ remos lōgos manibus ipellebāt.

At ego per nauem iens hortabar socios

Dulcibus uerbis assistens uiro unicuiq;

O socij, non enim ante malorum ignari sumus.

Non quidem hoc maius adest malum, quàm cū Cyclops

Ceperat spelunca concaua forti ui.

Sed & illinc mea uirtute consilioq; menteq;

Effugimus: & horum meminisse arbitror.

Nunc autem agite, sicut ego dicam pareamus omnes.

Vos quidem remis maris æquor profundum

Verberate transtris insidentes sicubi Iupiter

Det hanc perniciem subterfugere, & euitare:

Tibi autem gubernator sic iubeo, sed in animum

Induc, quoniam nauis concaua clauum regis,

Hinc quidem fumum & undam præter coge

Nauem, tu autem scopulum inquire, ne te lateat

Illic irruens, & in malum nos conijcias.

Sic dixi, hi autem statim meis uerbis paruērunt.

Scyllam autem nondum dixi ignaua tristitia,

Me mihi timentes desinerent socij

Remigationem: intus autem abderent scipfos.

Et tunc iam Circes quidem præcepti grauis

Oblitus eram, quoniam non me iussit armari.

At ego indutus inclyta arma, & duas lanceas

Longas manibus capiens in tabulata nauis ascendi

Proræ: illinc enim ipsam expectabam primum apparere

Scyllam petream, quæ mihi ferebat nocumentum socijs.

Neq; uidere poteram, laborabant autem mihi oculi

Vndiq; aspicienti ad obscuram petram.

Nos quidem sinum nauigabamus lugentes.

Exhortatio
Vlyssis ad so-
cios.

Appropin-
quant Scyllæ
& Charibdi.



Hinc quidem Scylla illinc autem duua Charybdis
 Grauter reiecit maris salsam aquam.
 Ut cum euornut lebes tanquam in igne multo.
 Omnis exferuescebat uolutata: altè autem spuma
 Extremis scopulis in ambobus incidebat.
 Sed quando absorbebat maris salsam aquam:
 Omnis intus apparebat uolutata: circum autem petra
 Grauter resonabat. subter autem terra apparebat
 Arena in nigra. hos autem uiridis timor cepit.
 Nos quidem ad hanc aspiciebamus timentes mortem.
 Tum uero mihi Scylla concava ex naue socios
 Sex arripuit: qui manibusq; uiq; fortissimi erant.
 Intuens autem in nauem uelocem simul & una socios,
 Iam eorum animaduerti pedes, & manus desuper
 Altè eleuatorum: me autem alloquebantur uocantes
 Nominatim, tunc postremum dolentes corde.
 Sicut autè quando in scopulo piscator perlonga uirga
 Piscibus paruis dolum escam iniiciens
 In pontum proijcit bouis cornu agrestis:
 Motantem autem postea uenatus proiecit foras,
 Sic hi motantes attollebantur à petra.
 Illic autem in ianuis comedebat clamantes
 Manus mihi tendentes in graui certamine.
 Miserrimum iam illud meis uidi oculis
 Omnium quaecumq; tuli uias maris uestigans.
 Sed postquam petras fugimus grauemq; Charybdis,
 Scyllamq; statim postea Dei in illustrem insulam
 Venimus. hic autem erant pulchre boues latarū frontium
 Multasq; pingues oues sublimis Solis.
 Iam tunc ego adhuc in ponto existens in naui nigra

Sex socij à Scylla deuorati.

Cōparatio!

Trinacria insula Solis.

Magnumq; audiui bouum stabulantium,
 Cuiumq; balatum, & mihi sermo incidit animo
 Vatis cæci Thebani Tiresiæ,
 Circesq; AEææ, quæ mihi ualde per multa mandauit
 Insulam fugere delectantis homines Solis.
 Iam tunc ego socijs locutus sum tristis animo.
 Audite mea uerba mala quamuis ferentes socij.
 Ut uobis dicam uaticinia Tiresiæ,
 Circesq; AEææ, quæ mihi ualde multa mandauit,
 Insulam fugere lucentis hominibus Solis.
 Illic enim grauisimum malum esse nobis dixerat:
 Quare præter insulam impellite nauem nigram.
 Sic dixi. his autem fractus est dilectus animus.
 Statim autè Eurylochus molesto mihi respondit uerbo.
 Patiens es Vlysses, extat tibi animus, neq; quid membris
 Fatigaris, certe tibi ferrea omnia facta sunt,
 Qui socios labore plenos, atq; etiam somno,
 Non finis in terram ire, ubi rursus
 Insula in circumflua dulcem præparemus cenam.
 Sed sic per noctem celerem errare iubes
 Ab insula aberrantes in obscuro ponto.
 Ex noctibus autem uenti diri nocumentum nauium
 Sunt, qui quis fugiet summam mortem?
 Si forte ex improviso uenit uenti turbo,
 Vel Noti, uel Zephyri grauter spirantis quiq; maxime
 Nauem diripiunt Dijs inuitis regibus.
 Sed certè nunc quidem pareamus nocti nigre,
 Cenamq; paremus uelocem apud nauem manentes
 Mane autem conscendentes tradamus lato ponto.
 Sic dixit Eurylochus, collaudauerunt autem alij socij:

Eurylochus Vlyssi.



Et tunc iam cognoui quod mala statuebat numen.
Et ipsum appellans uerbis uelocibus allocutus sum.

Vlyssis Eury
docho.

Euryloche certe ualde iam me cogitis solum existens.
Sed age nunc mihi omnes iurate firmum iusiurandum.
Si quod uel boum armentum, uel gregem magni ouium
Inueniamus, ne quis insanijs malis,
Aut bouem, aut etiam ouem interficiat: sed quieti
Comedatis cibum quem immortalis praeiuit Circe.

Sic dixi. hi autem statim iurauerunt, sicut iussi.
At postquam iurauerunt, consecreruntque iusiurandum,
Statuimus in portu cauato fabri factam nauem,
Propter aquam dulcem: et egressi sunt socij
Nauem: postea autem cenam scienter parauerunt.

At postquam potus, et cibi cupiditatem expulerunt:
Recordati uero postea dilectos lugebant socios

Quos comedit Scylla, cauata ex naui capiens.
Flentes autem illos adortus est dulcis somnus.
Cum autem tertium noctis esset, trans autem stelle ierant
Mouit uehementem uentum nubium coactor Iupiter
Turbine mirabili, una autem nebulis textit
Terram simul et pontum. orta est autem calitus nox.

Cum autem matutina apparuit rosea Aurora
Nauem quidem appulimus in concaua spelunca in ducit
Ibi autem erant Nympharum pulchrae sedes, et stationes
Et tunc ego concionem statuens inter eos sermonem dixi.

Vlysses mo-
net, ut gregi-
bus solis ab-
stineant.

O amici in nauis enim ueloci cibisque potusque
Est. his autem bobus abstineamus ne quid patiamur.
Grauis enim Dei haec boues, et pingues oues
Solis, qui omnia inspicit, et omnia exaudit.
Sic dixi. his autem persuasus est animus generosus.

Mensem autem totum perpetuus spirabat Notus: neque alius
Erat praeterea uentorum nisi Eurusque Notusque.
Hi autem quandiu quidem uaticum habuerunt, et uinum rubrum,
Tandem bobus abstinerunt cupientes salutem.
Sed cum iam nauis consumpta sunt uaticum omnia.
Et iam praedam sectabantur palantes necessitate
Pisces, auesque gratas quodcumque in manus uenisset
Cruis hamis affligebat autem uentrem fames.
Iam tunc ego in insulam concessi, ut Deos
Precarer: si quis mihi deorum uiam ostenderet reditus.
Sed quando iam per insulam iens uitauis socios
Manus lauans, ubi tectum erat a uento
Precatus sum omnes Deos, qui Olympum habitant.
Hi autem mihi dulcem somnum in palpebras infuderunt.

Eurylochus autem apud socios malum inceptum consiliu.
Audite meos sermones mala ferentes socij.
Omnes quidem lugubres mortes miseris mortalibus.
Fame autem miserimum mori, et mortem capere.
Sed agite Solis bouem agentes optimas
Mactemus immortalibus, qui caelum latum habitant.
Si autem in Ithacam ueniamus patriam terram,
Statim uero Soli excelsi diues templum
Faciemus, ubi ponamus statuas multas, et bonas.
Si autem iratus bouem directe cornutorum causa,
Nauem uelit perdere: obsequanturque Dijs alij.
Volo semel ad undam hians animum perdere
Quandiu affligi manens in insula deserta.

Sic dixit Eurylochus, collaudauerunt uero socij.
Statim autem Solis bouem agentes optimas
Ex propinquo (non enim procul a nauis nigrae prore

Violatur pre-
ceptum suum
Eurylochi.

Solis grex ab
Vlyssis socijs
uiolatus



Pascebantur curvæ pulchræ boues latarum frontium.)
 Has autem circum steterunt, & supplicauerunt Deū.
 Folia autem stringentes tenera quercus alta.
 Non enim habebāt hordeum albū bene tabulata in nauem
 At postquam & iugulauerunt, & tergora diripuerunt,
 Crurāq; inciderunt, adipeq; cooperuerunt:
 Duplicata facientes super ipsa etiam cruda posuerunt.
 Neq; habebant uinum fundere in ardentibus sacrificijs:
 Sed aqua libantes assauerunt uiscera omnia.
 At postquā crura cōbusta sunt, & uiscera comederunt,
 Conciderunt etiam alia, & in ueribus fixerunt,
 Et tunc mihi ex palpebris excussus est dulcis somnus.
 Cœpi autem ire ad nauem celerem, & littus maris.
 Sed cum iam propē affui iens nauem utriq; actam,
 Et tunc me nidoris circumuenit suauis odor.
 Lugens autem ad Deos immortales clamaui.
 Iupiter pater & ceteri beati Dei sempiterni
 Certe me ualde in damnum sopiuiſtis duro somno.
 Socij autem magnum opus egerunt manentes.
 Veloci autem Soli excelsō nuncius
 Lampetia lati clauī, quod eius boues interfecerunt socij.
 Statim autem immortales allocutus est iratus animo.
 Iupiter pater & ceteri beati Dei sempiterni,
 Punite iam socios Laertiadæ Ulyſſis,
 Qui meas boues interfecerunt superbē: quibus ego
 Delectabar quidem iens in cælum stelliferum,
 Et quando rursus in terram à cælo reuertebar.
 Si autem mihi nō luent bouum congruā remuneratiōem
 Subibo in infernum, & in mortuis illustrabo.
 Hūc autē respondēs allocutus est nubij coactor Iupiter

Sol iniuriam
 Ioui conque-
 stus

Sol tu uero in immortalibus illustra,
 Et mortalibus hominibus supra fertilem terram.
 Horum autem ego cito nauem uelocem candenti fulmine
 Statim iaciens comburem medio in nigro ponto,
 Hæc autem ego audiui de Calypsōne pulchricoma.
 Illa autem dixit de Mercurio internuncio ipsa audiuisse.
 At postquam in nauem redij & mare,
 Oburgauī seorsum alium coram, neq; aliquod consilium
 Inuenire poteramus, boues autem occiderunt iam.
 His autem statim postea Dei monstra portenderunt
 Serpēbāt quidē tergora, carnes at in ueribus mugiebant
 Assatēq; & crudæ, bouum autem quasi fiebat uox.
 Sex diebus quidem postea mei idonei socij
 Epulabantur bouum capientes optimas.
 Sed quādo autem septimam diē Iupiter adiecit Saturnius
 Et tum post uentus quidem cessauit turbine furens.
 Nos autem statim conscendentes tradidimus lato ponto,
 Malum erigentes, uelāq; alba extendentes.
 Sed quando iam in sulam reliquimus, neq; aliqua alia
 Apparebat terrarum, sed cælum & mare:
 Iam tum atram nubem statuit Saturnus
 Nauem super concauam caligauit autē pontus sub ipsa.
 Et ruebat non multum post tempus, statim enim uenit
 Resonans Zephyrus magno cum turbine furens.
 Mali autem rudentes fregit uenti procella
 Vrosq; malus autem ponē cecidit, armaq; cuncta
 In sentinam desusa sunt, ille autem igitur puppi in naui
 Percussit gubernatoris caput, simul autē ossa cōminuit,
 Omnia simul capitis, hic autem procumbenti similis
 Decidit à tabulatis: liquit autē ossa animus generosus.

Portenta.

Tēpestas ob
 Solis gregem
 uiolatum.



Iupiter tum tonuit, & coniecit in nauem fulmen
 Et contorta est tota Iouis percussa fulmine:
 Intus autē sulfure impleta est: ceciderūt autē de nauī socij.
 Hi autem cornicibus similes circum nauem nigram
 Fluctibus impellebatur: Deus autē abstulit incolumitatē.
 At ego per nauem incedebam donec rates
 Resoluit tēpestas à carina: hāc autē nudam ferebat unda.
 Verum eius malum effregit ad carinam. at in ipso
 Funis adiectus erat bouis pelle factus,
 Quo ambo continui simul carinam atq; etiam malum.
 Sedens autem in his impellebar perniciosis uentis.
 Ibi certe Zephyrus quidem cessauit turbine furens.
 Venit autē in super Notus celeriter ferēs meo dolores aū
 Ut adhuc perniciosam remetirer Charybdim.
 Pernox ferebar simul & Sole ascendente
 Veni ad Scylla scopulum, grauēq; Charybdim.
 Hec quidem resorbuit maris salsam aquam.
 At ego ad magnam ficum alte elatus
 Huic inherēs tenebar, sicut uespertilio: neq; alicubi pote
 Neq; sistere pedibus firmiter, neq; ascendere. ^(ram)
 Radices enim longē erant, producti autem erant rami
 Longiq; magniq; obumbrabant autem Charybdim.
 Perpetuo autem herebam, donec euomuit contra
 Malum, & carinam iterum: cupienti autem mihi ueniūt
 Sero, quandiu autem ad cenam uir à foro se tollit
 Iudicans controuersias multas litigantium uiuorum,
 Tanto interuallo iam ligna ex Charybdi apparuerunt.
 Dimisi autem eō superne pedes, & manus ad ferendum.
 In medio autem sonui cadendo per praelongas rates.
 Sedens autem in his remigauī manibus meis.

Vlysses de-
 nuo in Cha-
 rybde misere
 impellitur.

Scyllam autē nō ultra finit pater uiuorumq; deorumq;
 Aspiciere. non enim subterfugissem grauem mortem.
 Hinc autem nouem diebus ferebar: decima autē me nocte
 Insulam in Ogygiam admouerunt Dei, ubi Calypsō
 Habitabat pulchricoma potens Dea gloriosa:
 Quae me dilexitq; coluitq;: cur tibi haec narro?
 Iam enim hesternus dixi in domo
 Tibiq; & potenti uxori. odiosum autem mihi est
 Iterum aperte dicta narrare.

Vlysses ad Ca-
 lypso defra-
 tur.

ARGUMENTVM. N. HOMERI
 COMPOSITIONIS.

Dormientem Vlyssē cum donis exposuerunt Phaeaces in
 terram Ithacensium. Et nauem quidem ipsorum redeuntem lapsi
 dem fecit Neptunus. Minerua autem in littore Vlyssi consultat
 de procorum caede: & res in quadam spelunca occultat, & in se-
 nem transformat Vlyssē.

ODYSSEAE. N. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Ny Ithacam ingressus est Phæacum ductu Vlysses.

SIC Dixit. hi autem igitur omnes taciti
facti sunt silentio:
Obletatione autem tenebantur per
mos umbrosas.
Huic autem uicissim Alcinous responsum
appellauitq;

Alcinous Vlyssi et Phæacibus.

O Vlysses, quoniam uenisti meam ad aratam domum
Altari ideo te non reuagatum puto
Rursus redire: etsi ualde multa tulisti.
Vestrum autem uiro unicuiq; iubens hæc dico.
Quicumq; in atrijs honoratum calidum uinum
Semper bibitis: auditis autem cantorem.
Vestes quidem hospiti pulchra in arca
Iacent: & aurum multiuarium, aliq; omnia
Dona, quæcunq; Phæacum senatores huc attulerunt.
Sed age ei demus Tripodem magnum, & Lebetem
Viritim. nos autem rursus congregati in populo
Remunerabimur. difficile enim unū largitionē præbere.
Sic dixit Alcinous his autem placuit sermo.
Illi quidem dormituriētes ierunt domum unusquisq;
Quando autem matutina apparuit rosea Aurora,
Ad nauem properabant. ferebantq; honestum æs,
Et hæc quidem bene deposuit sacra potestas Alcinoi.
Ipse iens per nauem sub transtris, ne aliquem sociorum
Laderet mouentium, quando incumbere remis.

Hi autem ad Alcinoium ierunt, & cõuiuium curauerunt.
His autem bouem mastrauit sacra potestas Alcinoi
Ioui nimbofo Saturnio, qui omnibus imperat.
Crura autem affantes, epulabantur gloriosum conuiuium
Obletantes, inter ipsos autem canebat diuinus cantor
Demodocus populis honoratus, at Vlysses
Mulum ad Solem caput uertebat omnia illustrantem
Ire properans, iam enim cupiebat reuerti
Sicut autem cum uir cenam concupiscit, cui perdit
Nouale uerterunt boues nigri fixum aratrum.
Expectate autem huic occidit lumen Solis
Cenam ad ineundum: affliguntur autem genua eunti.
Sic Vlyssi amicū occidit lumen Solis.
Statim autem Phæacibus studiosis remorum locutus est,
Alcinoo autem maximè appellans dixit sermonem.
Alcinoë Rex omnium princeps populorum,
Mittite me sacrificantes letum: gaudete autem ipsi.
Iam enim perfecta sunt, quæ mihi charus uolebat animus.
Comitatus & chara dona, quæ mihi Dei caelestes
Fortunati faciant: integram autem domi uxorem
Rediens inueniam cum incolumibus amicis.
Vos autem hic manentes obletatis uxores,
Fuellas & filios. Dei autem uirtutem dent
Omnem, & nequid malum publicum sit.
Sic dixit: illi autem omnes collaudabant, & iuebant
Miri hospitem, quoniam secundum æquum dixit.
Et tunc præconem allocuta est uirtus Alcinoi.
Pontonoë crateram implens merum distribue
Omnibus in domo: ut supplicantes Ioui patri
Hunc hospitem mittamus suam in patriam terram.

Demodocus
cantor.

Digressus
Vlyssis ab
Alcinoo



O D Y S S E A E

Sic dixit. Pontonous autem mellitum uinum miscuit.
Distribuit autem omnibus scienter. hi autem Deis
Libauerunt beatis, qui calum latum habitant.
Illinc ex sedibus surrexit autem diuinus Vlysses.
Arete autem in manibus posuit poculum rotundum,
Et ipsam appellans uerba uelocia dicebat.

Gaude mihi o Regina semper, donec senectus
Veniat & mors, quæq; hominibus accidunt.
At ego proficiscor: tu autem delectare hac in domo
Filijsq; & populis, & Alcinoo rege.

Sic dicens per uiam iuit diuinus Vlysses:
Huic autem simul præconem præmisit uirtus Alcinoi
Præcedere ad nauem uelocem, & litus maris.
Arete autem illi famulas simul misit mulieres.
Hanc quidem clamydem habentem puram & tunicam,
Alteram autem arcam pictam simul dedit portare.
Alteram autem panemq; ferebat, & uinum rubrum.
At postquam ad nauem peruenerunt & mare,
Statim hæc in naui concava comites læti
Accipientes deposuerunt potum & cibum oniment.
Sed Vlyssi constrauerunt culcitramq; linteumq;
Nauis in subsellijs concauæ, ut molliter cubaret
Puppis, ingressus autem & ipse est, & recubuit
Silentio, illi autem sederunt in transtris singuli
Ordine: funem autem soluerunt à pertuso lapide.

Vlysses dor-
miens reduci
tur à Phæacæ
sibus.

Vnq; hi incumbentes iactabant mare tonsa:
Et huic suavis somnus in palpebris incidit
Inexcitabilis, iucundissimus morti proxime similis.
Illa autem sicut in campo quadrijuges, masculi equi
Omnes simul incitati à uerberibus scutica

N XIII.

113

Alta eleuati celeriter emetiuntur uiam.
Sic quidem huius puppis tollebatur: unda autem pone
Nigra magna ruebat personantis maris.
Et ualde tutè currebat firmiter: neq; accipiter
Circus secutus fuisset citissimus uolucrum.
Sic illa celeriter currens maris undas incidebat
Virum ferens Deis æquas curas habentem.
Qui antea quidem multos passus est dolores suo in aïo:
Virorumq; bella, molestasq; undas transiens.
Im tunc securè dormiebat oblitus quæ passus fuerat.
Quando stella extulit lucidissima, quæ maxime
Venit nuncians lumen Auroræ uernæ.
Tum iam insule appropinquabat per mare iens nauis.
Phorcynis autem quidam est portus marini senis
In agro Ithacæ, duo autem protecta in ipso
Latera abrupta in portum uergentia.
Hæc aut uentorum defendunt stridentium magnū fluctum
Extra: intus autem sine unculo manent
Naves bene tabulatæ: cum portus spatium intrauerint.
At in uertice portus patula oliua.
Propè autem ipsam antrum amabile, obscurum,
Sacrarum nympharum quæ Naiades uocantur.
Intus autem crateræq; & amphoræ erant
Lapidæ: ibi uero præterea susurrant apes.
Intus tele lapidæ prælongæ: illicq; Nymphæ
Linteæ texunt cærulea mirabile uisu.
Intus autem aquæ perpetuæ, duæ autem ei ianæ sunt,
Hæc quidem ad Boream permeabiles hominibus.
Ille autem rursus ad Notum sunt sacriores, neq; illac
Viri intrant: sed immortalium uia est.

Comparatio.

Circus acci-
pitris genus.Phorcynis
portus descri-
ptio

Hom. Odyss.

P



Huc illi contēdebāt cū primū uiderūt. hęc quidē postea
 In terram eiecta quantum est medium totius
 Concitata: talium enim impellebatur manibus remigum.
 Hi autem ex naue euntes bonę sedis in terram
 Primum Vlysem concava ex naue sustulerunt
 Ipso, cumq; linteos, & culcitra splendida:
 Atq; in arena deposuerunt captum somno.
 Res autem extulerunt quas Phæaces illustres
 Dederant domum eūti propter magnanimā Mineram.
 Et has quidē igitur apud radicē oliuę cumulata posuerunt
 Extra uiam: ne aliquis uiatorum hominum
 Antequam Vlysses expergiseretur, offendēs corrupperit.
 Ipsi autem rursus domum retro iuerunt. neq; Neptunus
 Oblitus est minarum, quas diuino Vlysi
 Prius promiserat. Iouis autem rogauit sententiam.

Neptunus in
 dignatur V-
 lysem resti-
 tutū esse pa-
 trie.

Iupiter pater non amplius in immortalibus Deis
 Honoratus ero, cum me homines non honorant
 Phæaces: qui tamen meo orti sunt genere.
 Etenim nunc Vlysem dicebam mala multa passum
 Domum iturum. reditum autem illi nunquam eripui.
 Omnino: quoniam tu primum promissisti, & ammisisti.
 Hi autē dormientem in nauis ueloci in pontum dicebant
 Deposuerunt in Ithaca dederunt autem ei ingētia dona
 Aesq; aurumq; multum, uestemq; textam
 Multa, quot nunquam Troia extulisset Vlysses:
 Si incolumis uenisset nactus de præda portionem.
 Huic autem respondens affatus est imbrifer Iupiter.
 O' Dij, Neptune ample quale dixisti?
 Non te despiciunt Dij, difficile autem esset
 Antiquissimum & optimum ignominij prosequi.

Virorum autem si quis te ui & robore cedens
 Non colit: tibi autem est, & post hac ultio semper.
 Fac ut uis, & tibi iucundum est animo.
 Huic autē respōdit postea Neptunus quassator terrę.
 Satim & ego faciam nubilum sicut dicis.
 Sed tuum semper animum obseruo, & uereor.
 Nunc autem Phæacum uolo per pulchram nauem
 Ex comitatu redeuntem in nigro ponto
 Perdere: ut iam abstineant, desistantq; à comitatu
 Hominum magnum autē ipsis montem urbi imponere.
 Huic autem respondens affatus est imbrifer Iupiter.
 O' Dij sic quidem meo animo uidetur esse optime
 Cum iam omnis incitatam intuetur
 Multitudo ab urbe, facere lapidem propē terram
 Naui ueloci similem, ut admirentur omnes
 Homines, magnum autem ipsis montem urbi imponere.
 At postquam hoc audiuit Neptunus quassator terrę,
 Ingressus est iter in scheriam, ubi Phæaces orti sunt
 Huic ut esset, & ualde propē uenit nauigatrix nauis
 Celeriter impulsā. hanc autem propē uenit Neptunus
 Qui ipsam lapidem fecit, & radicauit inferne,
 Manu prona impellens. hic autem recessit.
 Hi autem inter se uerba uelocia loquebantur
 Phæaces longorum remorum nauibus in clyti uiri.
 Sic autem quis dixit intuens in propinquum alium.
 Hęc quis iam nauem uelocem ligauit in ponto
 Domum incitatam? & iam extabat tota.
 Sic igitur quis dixit. hęc autē nō intelligebant, quō facta
 His Aleinous concionatus est, & affatus. (Sunt.
 O' amici certe ualde me antiqua uaticinia assequuntur

Phæacū na-
 uis in saxum
 conuertitur.



Patris mei, qui dixit Neptunum iratum fore
 Nobis: quoniam comites innocui sumus omnium.
 Dixit aliquando Phæacum uirorum perpulchram nam
 Ex comitatu redeuntem in nigro ponto
 Perditurum: magnum autem montem urbi imponere.

Sic dixit senex. hæc autem iam nunc omnia finitum.
 Sed age, sicut ego dicam parete omnes.
 Comitatum quidē relinquitte hominū, cum aliquis ueniat
 Nostram ad ciuitatem. Neptuno autem tauros
 Duodecim electos sacrificemus, si misereatur,
 Neq; nobis ingentem montem urbi imposuerit.

Sic hi quidem supplicabant Neptuno Regi
 Populi Phæacum duces & curatores
 Stantes circum altare. excitatus autē est diuinus Vlysses

Recubans in terra patria: neq; ipsam cognouit
 Iam diu remotus: circum enim Dea nubem fudit
 Pallas Minerua filia Iouis, ut illum ipsum
 Ne notum faceret, singulaq; proferrentur.

Vt non ipsum ante uxor cognosceret, ciuesq; amicisq;
 Quam omnem procis intemperantiam puniret.
 Propterea uariata uidebantur omnia regi.
 Vieq; perpetue, portusq; coniecti.
 Petraq; alte, & arbores uirescentes.
 Stetit autem igitur surgens, & inspexit patriam terram
 Fleuitq; postea, & sua percussit femora.
 Manibus deiectis, lugens autem locutus est.

O' ego quorum rursus hominum in terram uenies
 Nunquid iniuriosiq; & crudeles, neq; iusti?
 An hospitalis? & ipsis mens est sancta:

Vlysses nō co-
 gnoscit se in
 patriam ue-
 nisse nec à
 suis cognosci-
 tur.

Quo iam res multas porto hæc quo autem & ipse
 Errocutinam mansissent apud Phæaces
 Illic ego autem ad alium magnanimorum Regum
 Peruenissem, qui me dilexisset, & comites dedisset ad re-

Nic aut nusquam ponere scio, neq; quidē illic uertendū.
 Relinquam, nequando mihi præda alijs fiat.
 O' Dij, non enim omnia intelligentes, neq; iusti
 Erant Phæacum duces, & curatores,

Qui me in aliam terram abduxerunt, nanq; me dicebant
 Ductum ire in Ithacam amœnam, neq; perfecerunt.
 Iupiter ipsos ulciscatur deprecabilis, qui & alios
 Homines inspicit, & plectit quicumq; peccat.

Sed age iam res numerem, & uideam
 Nequid mihi disceserint concaua in nauiferentes.
 Sic dicens tripodas perpulchros & lebetes
 Numerabat, & aurum, textasq; uestes pulchras.

Horū quidē nihil desiderabat, hic autē lugebat patriam
 Iens ad littus personantis maris (terram
 Multum lamentans, propè autem eum uenit Minerua

Uro corpore similis iuueni pastori onium
 Permollis, qualesq; Regum filij sunt.
 Duplicem circa humerum habens pulchram uestem.

Pedibus autē sub teneris calceos habebat, manu autē iaculū.
 Hanc autem Vlysses letatus est uidens, & obuius uenit:
 Et ipsam appellans uerba uelocia locutus est.

O' amice postquam te primum inuenio hoc in loco
 Salue, & non mihi malo animo occurreris.
 Sed serua tum hæc, serua etiam me, tibi enim ego
 Supplico tanquam Deo, & ad tua chara genua accedo.
 Et mihi hoc dic uerum, ut certō sciam

Minerua V-
 lyssi apparet



O D Y S S E A E

Que terra quis populus qui uiri sunt:
Num qua insularum amœna: an aliquod littus
Iacet ad mare uergens fertilis terræ?

Hunc aut cōtra affata est Dea cæsa oculis Minerva.
Stultus es o hospes, an longè uenisti?

Quoniam hanc terram interrogas: neq; enim ualde

Sic ignobilis est. norunt autem ualde multi,

Et quidem quicumq; habitant ad Auroram, Solemq;

Et quicumq; ponè ad noctem obscuram.

Certe quidem aspera, & non equitabilis est,

Neq; ualde sterilis. at neq; lata facta est.

Bene quidè enim triticum multum, bene autemq; uinum

Fit. semper autem pluuiâ habet uirescensq; ros.

Caprifera autem bona, & apta bobus. est quidem Sylua

Omnigena. bene autem rigui perpetui adsunt.

Itaq; hospes Ithacæ, & in troiam nomen peruenit.

Quam longè dicunt Achaide esse terra.

Sic dixit. letatus est autem patiens diuinus Vlysses

Gaudens sua terra patria. sicut ei dixit

Pallas Mimerua filia Iouis ægiochi:

Et ipsam appellans uelocia uerba dixit.

Neq; hic uera dixit. iterum autem capit sermonem.

Semper in præcordijs mentem per astutam mouens.

Audiebam de Ithacæ & in Creta lata

Disimulans
se esse Vlysses,
fingit
causam adue-
tus.

Longè supra pontum. nunc autem ueni & ipse
Rebus cum his linquens autem etiam filijs totidem
Fugio: quoniam dilectum filium interfeci Idomenci
Orsilochum pedibus uelocem: qui in Creta lata
Viros inuentores uincebat uelocibus pedibus,
Quoniam me priuare præda uolebat omni

Troiana. cuius gratia ego passus sum dolores animo,
Vrorumq; bella tristesq; undas transiens:

Quoniam non suo patri gratificatus seruibam
Agro in Troianorum: sed alijs imperabam socijs.

Hunc quidem ego discedentem percussi ærea lancea
Rare propè uiam insidians cum socio.

Nox aut ualde obscura occupauerat cælum, neq; aliquis
Hoïum aduertit. fesselli aut ipsi aiûm auferens. (nos

At postquam hunc interfeci acuto ære,
Satim ego in nauem iens Phæaces illustres

Cravi: & ipsis satisfaciendam prædam dedi.
Nos me iussi Pylum deferre, & collocare.

Vel in Elida diuinam. ubi dominantur Epj.
Sed certe ipsos illinc repulit uis uenti

Multum uolentes, neq; uolebant fallere.
Illinc autem errantes ueramus huc nocte.

Contentione autè in portu appulimus, neq; aliqua nobis
Cene mentio erat. ualde licet indigentibus sumere.

Sed sic egressi iacebamus naue omnes.
Hic me quidem dulcis somnus inuasit defessum.

Hi autem fortunas meas concava ex naui tollentes
Deposuerunt. ubi ipse in arenis iacebam.

Hi autem in Sidoniam pulchram conscendentes
Uerunt. at ego relictus sum tristis animo.

Sic dixit. ysis aut Dea glaucos oculos habes Mimerua.
Manuq; ipsum demulsit. corpus aut assimilata est mulieri

Pulehræq; magnæq; & illustria opera scienti:
Et ipsum appellans uerba uelocia allocuta est.

Dolosus esset, & fallax, qui te superaret
In omnibus dolis, & si Deus opponeret

Minerua V-
lysses incre-
pat disimula-
tionis.



O D Y S S E A E

Male uersute dolose non uoluisti,
Neq; in tua existens terra desinere fallacias?
Verbaq; falsa, quæ tibi ab ortu amica sunt.
Sed age ne has dicamus scientes ambo
Dolos: quoniam tu quidem es hoïum quãoptimus oïum
Consilio & uerbis ago autem in omnibus Deis
Consilioq; gloriôr & dolis: neq; tu cognoscebas
Pallada Mineruam filiam Iouis, quæ tibi semper
In omnibus laboribus asto, & seruo.
Atq; te Phæacibus gratum omnibus reddidi.
Nunc rursus huc ueni, ut tibi consilium contexam.
Fortunasq; abscondam quas cunq; tibi Phæaces illustras
Dederunt domum eunti meo consilioq; menteq;
Dicamq; quos tibi fatale est in ædificijs
Dolores tolerare. tu autem tolera, & necessitate.
Neq; alicui eloquere neq; uirorum, neq; mulierum
Omnium, cur uenisti errans: sed tacendo
Patere dolores multos iniurias sustinens uirorum.

Vlysses Mi-
neruæ.

Huic autem respondens, locutus est prudens Vlysses
Difficile te Dea cognoscere homini occurrenti,
Et ualde scienti: te enim ipsam unicuiq; assimilas.
Hoc autem ego certo scio quod mihi antea benigna tibi
Quousq; in Troia pugnauimus filij Achiuorum.
At postquam Prami ciuitatem diripiuius altam,
Iuimus autem in nauibus, Deus autem dissipauit Achiuos,
Non te postea uidi filia Iouis, neq; animaduerti
Nauem meam ascendentem, ut mihi dolorem amoueres.
Sed semper mentibus proprijs habens confectum cor
Erraui quousq; me Dei malo soluerunt,
Prius quam cum Phæacum uirorum in ubere ciuitate

N XIII.

117

Confirmasti uerbis, & in ciuitatem duxisti ipsa.
Nunc autem te per patrem quæso, non enim puto
Venisse in Ithacam amœnam: sed aliquam aliam
Terram repetij, te autem illudentem puto
Hæc dicere, ut meas mentes deciperes.
Dic mihi si uerè dilectam in patriam ueni.
Huic respondit postea Dea cæsa oculis Minerua.
Semper tibi talis in præcordijs cogitatio.
Propterea & te non possum permittere infelicem esse.
Quoniam facundus es, & ingeniosus & prudens.
Cupide enim alius uir errans rediens
Cuperet in ædibus uidere filiosq; uxoremq;.
Tibi autem non gratum est scire, neq; querere.
Antequam tuæ uxoris periculum feceris, quæ tibi sic
Sedet in ædibus, luctuose autem ei semper
Pereunt noctes, & dies lachrymanti.
At ego hoc quidem nunquam non credidi: sed in animo
Sciebam, quod redibis perdens omnes socios.
Sed non uolui Neptuno obistere
Patruo qui iram induxit in animum
Iratu quoque ei filium dilectum excæcasti.
Sed age tibi ostendam Ithacæ pauimentum ut credas.
Phorcynis quidem hic est portus marini senis:
Hæc autem in uertice portus patula oliua.
Prope autem ipsam antrum altum obscurum
Sacrarum nympharum, quæ Naiades uocantur.
Hæc autem spelunca lata contexta ubi tu multas
Sacrificabas Nymphis perfectas hecatombas.
Hic autem magnus est mōs indutus sylua.
Sic fata Dea dissipauit nebulam, apparuit autem terra.

Neritus mōs



Letatusq; est postea patiens diuinus Vlysses
Gaudens sua terra: osculatus est autem almam tellurem.
Statim, autem Nymphis supplicauit manus tollens.

Nymphæ Naiades filie Iouis, nunquam ego
Videre uos dicebam, nunc uocibus letis
Saluete, at & dona dabimus, sicuti antea
Si sinet prompta Iouis filia prædatrix
Ipsumq; uiuere, & mihi charum filium augebit.

Hunc autem rursus affata est cæsis oculis Minerva.
Confide, ne te hæc in præcordijs tuis sollicitent.
Sed fortunas quidem in intimo antro mirifico
Ponamus statim nunc, ubi hæc tibi salua maneant.
Ipsi autem consultemus, ut cito optime fiant.

Sic dicens Dea intrauit speluncam obscuram,
Querens latibulum per speluncam, at Vlysses
Cito omnia portauit aurum, & magnum æs:
Cestesq; fabrefactas quas ei Phæaces dederunt.
Et hæc quidem disposuit, lapidem autem imposuit foribus.

Pallas Minerva filia Iouis ægiochi,
Hi autem sedentes sacre apud radicem oliuæ
Deliberabant procis insolentibus mortem.
Tum autem uerba incepit cæsis oculis Minerva.

Generose Lærtiade prudens Vlysses

Minerva V= Considera quomodo procis impudētibus manus inferas
lysses docet Qui iam tibi triennium domum regunt:
qd factu opus Ambientes diuinam uxorem, & dona dantes.
sit Illa autem tuum semper reditum lugens in animo

Omnibus quidem spem dat, & pollicetur uiro uincibus
Nuncios antemittens: mens autem ei alia uersat.

Huic autem respondens, locutus est prudens Vlysses.

O Diu, iam uero Agamemnonis Atridae
Corrumpi mala morte in ædibus debui:
Nisi mihi tu, quæq; Dea in tempore dixisses.
Sed age consilium texe quomodo puniemus ipsos.
Apud me autem ipsa asta animum peraudacæ immittēs:
Qualem quando Troiæ soluimus magna moenia.
Si mihi sic animosa astabis Minerva:

Et cum trecentis ego uiris pugnarem,
Tecum uenerabilis Dea, quando mihi præpta adiuuares.
Huic autem respōdit postea Dea glaucopis Minerva.
Et ualde tibi ego adero, neq; me falles.

Cum hæc iam struxerimus, & alicuius spero
Sanguineq; cerebroq; perfundere magnum pauimentum,
Virorum procorum, qui tibi fortunas edunt.
Sed age te incognitum faciam omnibus hominibus.

Ærefaciam quidæ cutem pulchrā in flexilibus mēbris.
Flauos autem ex capite delebo crines circū aut pallium
Induam, quod aduersetur uidens homo habentem:
Deformabo autem tibi oculos antea perpulchros.

Sic turpis omnibus procis apparebis,
Tuæ uxori & filio quem in ædibus reliquisti.
Ipse autem primum subulcum pete:

Qui tibi suum custos, simul autem tibi bene uult,
Filiumq; tuum diligit, & prudentem Penelopen.
Inuenies hunc subus asidentem, hæc autem pascunt
Apud Coracis petram ad fontem Arethusam
Comedentes glandem gratam, & nigram aquam
Bibentes, quæ subus nutriunt florentem pinguedinem.
Ilic mane, & omnia asidens interroga:

Quousq; ego eam Spartam in ornatam mulieribus



ODYSSEAE

Telemachum uocatura tuum dilectum filium Vlyssis
Qui in magnam Lacedaemonem ad Menelaum
Iuit persequens tuam famam sicubi adhuc esses.

Huic autem respondens, locutus est prudens Vlysses.
Cur non ei dixisti in precordijs omnia sciens?
An ut & ille errans dolores patiatur
Pontum in impacatum, fortunas autem ei edant?

Huic rñdit postea Dea glaucos oculos hñs Minerva.
Non iam tibi ille ualde curæ sit.
Ipsa ipsum nisi, ut famam bonam adipiscatur
Illuc iens, at non habet aliquem dolorem: sed quietus
Sedet in Atride adibus, multa autem adsunt.

Certe quidem illum insidientur iuuenes, cum, naue nigra
Cupientes interficere, antequam patriam terram uentura
Sed hæc non puto, potius & aliquem terra premet
Virorum procorum, qui tibi fortunas deuorant.

Mutatur V= Sic igitur ipsum alloquens uirga tetigit Minerva.
Vlyssis habitus Siccauit quidē ei cutem pulchrā in flexibilibus membris
Flauo autē ex capite deleuit crines: circum autē pellem
Omnibus membris antiqui posuit senis.

Deformauit autem ei oculos antea perpulchros.
Circum autē ipsum uestē aliā malā iniecit, & interulam
Fractam, sordidam, malo tinctam fumo.

Minerua ad Nudam: dedit autem ei uirgam, & deformem sacculum
telemachum Densē rimosum, inerat autem tortum erat lorum.
Vlyssis scitur. Hi sic consultantes diuisi sunt, hæc quidem postea
In Lacedaemonem diuinam iuit ad filium Vlyssis.

ARGUMENTVM. Ξ. HOMERĪ
COMPOSITIONIS.

Hospitium Vlyssis fit in agro apud Eumæum, & varius qui-
dam congressus Vlyssis præsentia apud Eumæum, & sermones
sunt immutantis seipsum, & facta quædam exponentis.

ODYSSEAE. Ξ. HOMERĪ
COMPOSITIONIS.

Ξi at, Vlysses hospitatus est Eumæus in agro subulcus.



THIC Ex portu ingressus est a-
sperum iter,
Locum per syluosum, per iuga, ubi
ei Minerua
Dixerat diuinum Subulcum, hic ei
fortunas maxime

Carabat familiarium quos habuerat diuinus Vlysses.
Hinc autem in uestibulo inuenit sedentē ubi ei porticus
Alia edificata erat circumspicio in loco
Pulchraq; magnaq; circuibilis, quam Subulcus
Ipsē edificauerat suibus absente Rege
Vine domina, & Laerte sene
Aduectis lapidibus, & cinxerat sepe spinosa.
Balos autem extra adigit prorsus hinc & hinc
Densos & crebros nigrum quercus scindens.
Intra autem arcem suilia duodecim fecerat

Eumæi do-
mus ad quem
diuertit Vlysses
descriptio



O D Y S S E A E

Propè inter se lectos suis in singula autem
Quinquaginta sues iacentes continebantur
Foeminae factae mares autem foris dormiebant,
Multo pauciores hos enim minuebant comedentes
Diuini proci: quoniam mittebat Subulcus
Semper saginorum pinguium optimum omnium.
Hi autem trecentiq; & sexaginta erant.
Apud autem canes feris similes semper dormiebant
Quatuor quos nutriuerat Subulcus princeps uirorum.
Ipse autem circa pedes suos aptabat calciamenta
Incidens pellem bouinam coloratam alij autem
Iuerant aliò alius cum stabulantibus suis
Tres quantum autem miserat ad urbem
Suam ducere procis superbis necessitate,
Vt mactantes carnibus saturarentur animo.
Repente autem Vlysses uiderunt canes latratores
Qui quidem clamantes accurrerunt. at Vlysses
Sedit astutia uirga autem ei excidit manu,
Tunc proprium apud stabulum indignù tulit dolorem
Sed Subulcus celeriter pedibus uelocibus subsequens
Cucurrit ad uestibulum coriù autem ei excidit manibus.
Hos quidem uocans canes pepulit aliò alium
Crebris lapidationibus. hic autem affatus est regem.
O senex certe propè te canes dissipauerunt
Repente: & mihi crimen imposuisses.
Atq; mihi alios Dei dederunt dolores singultusq;
Diuinum enim regem lugens & dolens
Iaceo: alij autem sues pingues nutrio
Ad comedendum. at ille egens forte cibi
Errat in diuersorum uirorum populumq; ciuitatemq;

XIIII.

120

Sicbi adhuc uiuit, & uidet lumen Solis.
Sed sequere ad stabulum camus senex, ut & ipse
Cibo & uino saturatus ex animo,
Dicat unde sis, & quot dolores toleraueris.
Sic dicens ad stabulum praecessit diuinus Subulcus.
Collocauit autem introducens uirgulta autem substrauit densa.
Strauit autem in pellem uillosa syluestris caprae
Suis stratum magnum & densum gausus est autem Vlysses
Quod ipsum sic suscepit, uerbùq; dixit & appellauit.
Iupiter tibi det hospes, & immortales Dei alij
Quodcumq; maxime uis, quia me benignus suscepisti.
Hunc autem respondens locutus est Eumaeus subulcus.
Hospes non mihi fas est, neq; si peior te ueniat,
Hospitem contemnere. ab enim Ioue sunt omnes
Hospitesq; pauperesq; munus autem exiguumq; charumq;
Est nostrum, haec enim seruorum causa est
Semper timentium: cum dominantur Reges
Iuuenes certe enim cuiusdam reditum morati sunt.
Qui me accurate diligebat & possessionem praebuit:
Tanquamq; suo familiari Rex benignus dedit.
Domumq; portionemq; optatissimamq; uxorem:
Qui sibi multa laborauerit. Deus autem negotiù auxerit.
Sic & mihi hoc negocium augetur quo detineor.
Ideo me multum iuuisset Rex: si hic senuisset.
Sed perijt, utinam debuisset Helena genus perijisse
Funditus: quoniam multorum uirorum genua labefecit.
Et enim ille iuit Agamemnonis gratia honoris
In illum honorù equorum: ut Troianos oppugnaret.
Sic dicens cingulo celeriter coërcuit tunicam. (rum
Perrexit autem ire ad suilia, ubi grex continebatur porco=

Eumaeus ulysses
sem hospitè
hūmīter exci-
pit.

Eumaeus ulysses
sem non co-
gnoscēs cum
perijisse con-
queritur.



O D Y S S E A E

Illinc capiens duos attulit, & ambos macrauit:
Ignemq; accendit, conciditq;, & uerubus infixit.
Assans autem omnia ferens apposuit Vlysi
Calida ipsis uerubus, hic autem panes albos miscuit.
In poculo autem miscebat dulce uinum.
Ipse autem contra sedit, cohortans autem allocutus est.

Comede nunc o hospes, quæ seruisq; adsunt
Porcina, at pingues porcos proci comedunt
Non uerecundiã habetēs in mentibus, neq; misericordiã
Non quidem impia opera Dei beati amant:
Sed ius colunt, & piã opera hominum:
Et quidem hostes, & iniqui qui in terra
Aliena uescantur, & ipsis Iupiter prædam dederit:
Implentes uero naues iuerunt domum quisq;,
Et quidem his curæ potens timor in animos cadit.
Hi autem sciūt (Dei autem aliquam audiuerunt uocem)
Illius perniciosam mortem: quia uolunt iustẽ
Ambire, neq; ire ad sua: sed silentio
Bona dilapidant immoderate, neq; est parsimonia.
Quotquot enim noctesq;, & dies ab Ioue oriuntur,
Nunquam unam sacrificant uictimam, neq; duas solas.
Vinum autem consumunt immoderate haurientes:
Certẽ enim ei facultates erant magnæ nulli tantæ

Vlysis diuitiæ & possessiones.

Virorum heroum, neq; Epiri nigrae,
Neq; ipsius Ithacæ, neq; uiginti uirorum
Sunt diuitiæ tantæ, ego autem tibi connumerabo.
Duodecim in Epiro armenta, tot greges ouium,
Tot suum pascua, tot stabula lata caprarum,
Pascunt amiciq;, & ipsius pastores uiri.
Illic autem stabula lata caprarum undecim omnia

In extremitate

E X I I I I .

118

In extremitate agri pascuntur: in super uiri boni obseruat:
Quorum semper ipsis unusquisq; in die pecudem fert:
Saginataram caprarum quæcunq; appareat optima.
At ego sues has seruoq;, tueorq;.
Et ipsis suum optimum eligens mitto.

Sic dixit, ille autẽ attente carnes comedebat, bibebatq;
Animose dolens, mala autẽ proci ordiebatur. (uinum
at postquam cenauit, & expleuit animum cibo:
Et ei implens dedit poculum quo bibebat
Vino plenum, hic autem suscepit, gauisusq; est animo.
Et ipsum appellans uerba uelocia allocutus est.

O amice quis nam te emit rebus suis,
Sic ualde diues, & fortis sicut dicis?
Dicis autẽ ipsum perijisse Agamemnonis gratia hõnoris.
Dic mihi si forte cognosco talem esse.

Iupiter enim hoc scit, & immortales Dei alij
Si forte ipsum nunciem uidisse, multum autem erraui.
Huic autẽ respondit postea Subulcus princeps uirorũ.
O senex nullus illum uir peregrinus ueniens
Nunciens persuaserit uxoriq; & dilecto filio.

sed aliter exportationis indigentes uiri peregrini
Mentiuntur, neq; uolunt uera loqui.
Quicumque autem peregrinus, Ithacæ in agrum uenit
Ueniens ad dominam meam fallacia loquitur.

Hæc autẽ benigne suscipiens diligit, & singula inquirat:
Et ei lugenti palpebris lachrymæ decidunt.
Nunus est mulieris, cum maritus alibi perijt.
Nec enim & tu senex uerbum fabrica
Si quis tibi penulamq; tunicamq; ueſtimenta det.
Illi autem tam debent canes uelocesq; uultures

Hom. Odyss.

Q



Cutem ab osibus trahere. anima autem desituit.
Vel illum in ponto comederunt pisces. ossa autem ipsius
Iacent in terra arena mersa multa.

Sic ille quidem illic perijt. amicis autem dolores post
Oibus, mihi aut maxime facti sunt. non enim amplius alia
Humanum sic Regem inueniam, quocumque ibo.
Neque si ad patris & matris iterum irem
Domum: ubi primum ortus sum, & me educauerunt ipsi.
Neque nunc his etiam tantum lugeo moestus
Oculis, ut uideam existens in patria terra.
Sed me Vlyssis desiderium capit absentis.
Hunc quidem ego o hospes, & non presentem nominando
Reueror. ualde enim me diligebat & habebat in animo.
Sed ipsum fratrem maiorem uoco, uel longe absentem.

Hunc autem rursum allocutus est patiens diuinus Vlysses.
O amice postquam omnino negas, neque dicis
illum uenturum esse. animus autem tibi semper incredulus.
Sed ego non temere loquar: sed cum iuramento,
Quod redit Vlysses. munus autem mihi sit
Statim postquam ille ueniens suas domos peruenerit.
Ante autem uel ualde indigens nihil accipiam.
Indue mihi penulam, & tunicam uestimenta pulchra.
Inimicus enim mihi ille non minus in Ditis ianuis
Est, qui egestate coactus fallacia loquitur.
Sciat nunc Iupiter primum deorum hospitalisq; mensa
Penatesq; Vlyssis irreprehensi quam adibo.
Certum quidem haec omnia perficientur sicut dico.
Hoc autem ipso anno ueniet huc Vlysses
Hoc quidem inclinato mense. illo autem instante
Domum reuersus, & puniet quicumque illius
Hic uituperat uxorem, & illustrem filium.

Vlysses disti-
mulans niti-
tur Eum. eo
Vlyssis redi-
turum per-
suadere.

Mendax ab
hoste non dis-
fert

Hunc autem respondens, allocutus est Eum. eus subulcus.
O senex, neq; profecto ego latitiae munus pluiam:
Neque Vlysses etiam domum ueniet, sed quietus
Ebe, & alia praetermittamus: neq; mihi haec
Memora. certe enim animo in pectore meo
Tristor, quando aliquis meminit gloriosi Regis.
Sed certe iuramentum quidem sinamus: sed Vlysses
Veniat, ut ipsum ego uolo, & Penelope,
Laertesq; senex, & Telemachus diuinus,
Nunc rursum nati casum lugeo quem genuit Vlysses
Telemachi quem postquam nutruerunt Dei uirgæ equalē,
Et ipsum dicebam fore in utris non peiorem
Patre suo chero consilij, & specie admirabili
Vlyssis autem aliquis immortalium lesit mentem intus equabile:
Vel aliquis hominum, hic autem iuit ad patris auditionem
In pylum diuinam. hunc autem proci superbi
Domum uenientem obseruant, ut a generatione percat
Sine nomine ex Ithaca Arcisij diuini.
Sed age illum quidem sinamus siue oppressus sit
Sue iugerit, & eum protegat manu Saturnius.
Sed age mihi tu senex tua ipsius incommoda prode,
Mibi hoc dic uerum, ut bene intelligam.
Quid, unde es uirorum? ubi tibi ciuitas & parentes?
Quis autem in naue uenisti? quomodo te nauta
Conuerunt in Ithacam? qui esse profitebantur?
Non enim te peditem puto huc uenisse.
Hunc autem respondens, allocutus est prudens Vlysses.
Mibi enim ego haec ualde uerè dicam.
Quid quidem nunc uobis in annum, & cibus,
In annum dulce tecta intra manentibus,

Arcisius.



O D Y S S E Æ

Epulariꝫ quiete. alij autem ad opus adeant:
Facile postea & in annum omnia
Non percurrerem dicens meos dolores animi
Quoscunq; iam omnes deorum uoluntate laboraui.

Ex Cretensibus quidem genus prædico latis
Viri diuitis esse filius. multi autem & alij
Filiij in ædibus & educati sunt. & orti sunt
Legitimi ex uxore. me autem empta peperit mater
Pellex. sed me pariter cum proprijs charum habebat
Castor Hylacides. huius ego genus prædico esse:
Qui quõdam in Cretensibus ut Deus colebatur populi
Fortunisiq; diuitijsq; & filijs honestis.
Sed certe illum fata iuerunt mortis ferentia
Ad Ditis domos. cibaria autem diuiserunt
Filiij magnanimi. & sortes iecerunt.
At mihi ualde pauca dederunt. & propria attribuerunt
Duxi autem uxorem locupletissimorum hominum
Gratia me. e uirtutis: quoniam non contemnendus eram
Neque timidus. nunc autem iam omnia defecerunt.
Sed tamen ualde quidem te arbitror intuentem
Cognoscere. certe enim me duritia tenet ualde multa.
Certe enim audaciam Marsq; dederunt. & Minerva,
Et fortitudinem cum legerem ad insidias
Viros optimos. mala inimicis ordiens.
Nunquam mihi mortẽ ante oculos posuit animus uirilis
Sed multo primus adoriens lancea occidebam
Virorum inimicorum. cum mihi concederet pedibus.
Talis eram in bello. opus autem mihi nõ gratum erat
Neque res familiaris. quæ nutrit claros filios.
Sed mihi semper naues remigabiles gratæ erant.

≡

XIIII.

113

Et bella. & tela leuia. & sagittæ
Triata quæq; alijs horrenda sunt.
At mihi grata erant. quæ Deus in animo posuit.
Alius enim alijs uir delectatur operibus.
Ante enim quam in Troia pedẽ ponerent filij Achiuorũ
Nouus uiris imperator sui. & uelocibus nauibus,
Viros aduersus externos. & mihi ualde aderant omnia,
Quæ optabam idonea. multa autem post illa
Assequebar. statim autem domus augebatur. & postea
Gratissq; reuerendusq; inter Cretenses euasi.
Sed cum iam odiosum iter magnus Iupiter
Decreuit. quod multorum uirorum subtus genua soluit.
Iam tunc me iusserunt & inçlytum Idomeneæ
Naues ducere in Ilium. neque ulla ratio
Erat denegandi. malus autem habebat populi rumor.
Hi quidem nouem annis belligeramur filij Achiuorum.
Decimo autem ciuitatem Priami populati iuimus
Domum cum nauibus. Deus autem disiecit Achiuos.
At mihi misero mala statuit consiliarius Iupiter.
Mansit enim solum mansi delectatus filijs
Nonaq; coniuge. & bonis. at postea
In Aegyptum me animus impulit nauigare
Naues bene parantem cum diuinis socijs.
Noem naues paraui. cito autem coactæ sunt copie,
Sex diebus quidem postea mihi dilecti socij
Conuiuati sunt. at ego sacra multa præbui
Deisq; sacrificando ipsisq; epulas struendo.
Septima conscendentes à Creta lata
Nauigauimus Borea uento secundo bono.
Facile ueluti secundo. neq; aliqua mihi

Q iij



Nauium leſa eſt: ſed ſoſpites & incolumes
Sedebamus. has autem uentusq; naua; gubernabant.
Quinto die autē Aegyptum pulchre irrigatam iuimus.
Statui autem in Aegypti fluuio naues curuas.
Ibi quidem ego iuſſi charos ſocios
Illic apud naues manere, & naues ſubducere.
Speculatores autem per ſpeculas miſi ut irent.
Hi autem intemperantia impulſi inſequentes robore ſuo
Statim ualde Aegyptiorum uirorum per pulchros agros
Populantur. mulieres autē abducebant & infantes natos.
Ipſosq; interficiebant. ſtatim autem in urbe iuit rumor.
Illi autē uocem audientes. ſimul cum Aurora apparente
Venerūt. impletus eſt autē totus cāpus peditiq; & equitū
Acriſq; fulgore. Iupiter autem fulminator
Fugam meis ſocijs malam intulit. neq; aliquis ſuſtituit
Manere contra. circum enim mala undiq; ſteterant.
Ibi noſtrorum multos quidem interfecerunt acuto ere.
Altos autem duxerunt uiuos ſibi operari neceſſitate.
At mihi Iupiter ipſe in mente ita conſilium
Creauit. utinam debui mori, & mortem aſſequi
Illic in Aegypto. adhuc enim me moleſtia exceperat.
Statim autem de capite galeam fabrefactam depoſuit.
Et ſcutum humeris. lanceam autem proieci ex manu.
At ego Regem contra ueni equis. (mei miſeritus eſt)
Et oſculatus ſum genua complexus. hic autē ſeruauit &
In currum autem me ſtatūēs duxit domum lachrymātem.
Certe me ualde multi adoriebantur ſi axineis
Cupientes interficere: nanque irati erant ualde.
Sed ille eripuit. Iouis autem ueritus eſt iram
Hoſpitalis, qui maxime agre fert mala opera.

Ibi ſeptem annos manſi ibidem. multas autem coëgi
Pecunias inter Aegyptios uiros. dederant enim omnes.
Sed cum iam octauus mihi rediens annus uenit,
Iam tunc Phoenix uenit uir fallacia ſciens
Veterator: qui iam multa mala hominibus fecerat:
Qui me perſuadens proprijs cogitationibus, ut tremus
In Phoeniciam: ubi huius domus, & bona erant.
Ibi apud ipſum manſi perfectum in annum.
Sed quando iam menſesq; & dies perfecti ſunt
Iterum circum uolūctis anni, & ſuperuenerūt tēpeſtates:
In Libyam me in nauī miſit maritima
Fallacia conſultans, ut ei onus ducerem.
Illic autē me ut uēderet, & magnum pretium acciperet.
Hunc ſequebar in nauē ſuſpicans neceſſitate.
Illa autem currebat borea uento ſecundo bono
Per medium dextra Creta. Iupiter autē eis deliberabat mor
Sed qñ iam Cretam quidē liquimus: neq; aliqua alia (tem.
Apparebat terrarum: ſed cælum & mare.
Iam tum atram nubem ſtatuit Saturnius
Nauē ſuper conuexa. obſcuratus eſt autē pontus ſub ipſa.
Iupiter autem crebro tonuit, & iniecit nauī fulmen.
Hec autem conuerſa eſt tota Iouis percuffa fulmine.
Vapore autem impleta eſt. ceciderunt autē ex nauē omnes.
Hi autem cornicibus ſimiles circum nauem nigram
Fluentibus inſerebantur. Deus autem abſtulit redditum.
At mihi Iupiter ipſe habenti licet dolores animo
Malum longum nauis nigræ proræ
In manibus poſuit, ut adhuc malum fugerem.
Hunc amplexus ſerebar pernicioſis uentis
Noue n̄ diebus ſerebar. decima autem me nocte nigra

Troctes phoe
nix



O D Y S S E A E

Terræ Theſprotorum applicuit magna unda uerſans:
Tunc me Theſprotorum Rex accepit Phidon
Heros gratis. huius enim dilectus filius occurrens
Frigore & labore afflictum duxit in domum
Manu ſubleuans quoad iret ad ædes patris.
Circum autem me penulam, tunicamq; uelamina induit.
Ibi de Vlyſſe ego audiui. ille enim dixit,
Hospitio ſuſcepiffe, & dilexiſſe euntē in patriam terram.
Et mihi res oſtendit quas cœgerat Vlyſſes,
Aeſq; aurumq; laboratiſſimumq; ferrum,
Et in decimam progeniem alterum amplius alat.
Tot ei in domibus theſauri iacebant Regis.
Hunc in Dodonem dicebat ire, ut Dei
Ex quercu procera Iouis ſenſum audiret.
Quomodo rediret Ithacæ in fertilem agrum
Iandiu abſens, an manifeſtè, an occultè.
Iurauit autem coram me ipſum libans in domo
Nauem deduxiſſe, & paratos eſſe ſocios,
Qui iam ipſum comitentur dilectam in patriam terram.
Sed me prius miſit. contigit enim ueniens nauis
Virorum Theſprotorum in Dulichium frumentariam.
Tunc hic me uifiſit mittere Regi Acaſto
Accuratè. his autem malum mentibus placuit conſilium
De me, ut adhuc omnino caſus calamitatem ſubrem.
Sed quando prouecta eſt à terra multum maritima nauis,
Statim doſoſum diem mihi excogitabant,
Me quidem penula tunicaq; uelaminibus exuerunt.
Circum autè me ralla aliam malam eiecerunt, & tunicam
Pertuſam, quæ & ipſe in oculis uideas.
Occidentales autè Ithacæ amœne ad agros peruenerunt.

E X I I I I.

117

Ibi me quidem ligauerunt armata in nauis,
Fune bene torto arcte. ipſi autem abeuntes
Cerratim ad littus maris cœnam ſumpſere.
At mihi uinculum quidem diſſoluerunt Dei ipſi
Facile. capiti autem rallam inuoluens
Leui temone descendens applicui mari
Pectus: poſtea autem manibus nauigauit ambabus
Nauans. ualde autem cito exceſſi longè ab illis.
Tunc aſcendens ubi querectum erat letiſſimum ſyluæ
Iacebam ſtratus. illi autem ualde ſuſpirantes
Ibant, ſed non enim ipſis uiſum eſt melius eſſe
Inquirere ulterius, hi quidem iterum rediuerunt
Nauis in concaua. me autem abſconderunt Dei ipſi
Facile, & me ſtabulo applicuerunt ducentes
Viri prudentis. adhuc enim mihi fatum uiuere.
Hunc autè reſpondens, allocutus eſt Eumæus ſubulcus
O miſer hoſpitium. certè ualde animum commouisti
Hæc ſingula dicens, quæ iam tuliſti, & quæ uagatus es.
Sed hæc non apte puto, neque mihi perſuadebis
Dicens ſuper Vlyſſem. quid te oportet talem hominem
Temere mentiri? ego autem certo ſcio & ipſe
Rudatum mei Regis quod inſeſtus eſt omnibus Deis
Funditus ualde, quoniam ipſum non in Troianis domuerunt
Vel amicorum in manibus, quonia bellum bene tractauit.
Quare ei ſepulchrum quidem feciſſent omnes Achiu:
Hæc etiam ſuo filio magna gloria creuiſſet in poſterum.
Hunc autem ipſum ſine gloria harpyia dilaniarunt.
At ego apud ſues ſeparatus, neque ad ciuitatem
Troiaſi prudens Penelope
Ire iubet, quando nuncium aliunde ueniat.

Eumæo redi-
tus Vlyſſis
non perſuade-
tur.



Sed hi quidem singula aſidentes interrogant.
 Et alij triſtantur diu abſente Rege,
 Atque alij letantur uictum impune edentes.
 Sed mihi non gratum eſt inquirere & interrogare
 Ex quo me Aetolus uir decepit uerbo.
 Qui uirum interficiens, multas per regiones errans
 Venit meas ad edes. ego autem ipſum amice habui.
 Dixit autem eum inter Cretenſes apud Idoneum uiuiffe
 Nauas aptantem, quas ei fregerant procellæ,
 Et dixit uenturum, uel in aſtatem, uel in autumnum,
 Multas opes ducentem cum diuinis ſocijs.
 Et tu ſenex multa paſſus poſtquã te ad me duxit foribus
 Ne mihi mendacijs gratificare: neq; mulceas.
 Non enim ob id ego te honorabo, neq; diligam:
 Sed Iouem hoſpitalem ueritus teq; ipſum miſeratus.

Vlyſſes S= bulco

Hunc aut̃ reſpondens, allocutus eſt prudens Vlyſſes.
 Certe ualde aliquis tibi animus in pectoribus incredulus
 Qualem neque iurans induxi, neq; tibi perſuadeo.
 Sed age nunc pactum faciamus: & poſtea
 Teſtes ambobus Dei, qui Olympum habitant.
 Si quidem redibit Rex tuus in hanc domum,
 Induens lenamq; tunicamq; ueſtes mitte
 Ad Dulichium ire quo mihi gratum eſt animo.
 Si autem non uenerit Rex tuus, ut dico,
 Famulis iube deiecere magna de petra,
 Vt & alius pauper caueat decipere.

Hunc aut̃ reſpondens, allocutus eſt diuinus Subulcus.
 Hoſpes ſic mihi bona fama uirtuſq;
 Sit inter homines, ſimul nunc & in futurum,
 Vlyſi Qui te in ſtabulum duxi, & xenia dedi.

Rurſus autem interficiam, dilectumq; animum auferam.
 Promptus autem poſtea Ioui Saturnio ſupplicabo.
 Nunc autem hora cœnæ: ocyus mihi intus ſocij
 Erunt, ut in tugurio dulcem præparemus cœnam.
 Sic hi quidem talia inter ſe dicebant,
 De propinquo autem ſueſq; & uiri uenerunt Subulci:
 Haſ quidem igitur incluſerunt de more ad dormiendum.
 Clamor aut̃ multus ortus eſt ſuum in haram euntium.
 At ſuis ſocijs iuſſit diuinus Subulcus.
 Ducite ſuum optimam, ut hoſpiti ſacrificem
 Peregrino. unã & ipſi recreabimur, qui ærumnam
 Diu habemus paciẽtes ſuum gratia habentiũ dẽtes albos.
 Alij autem noſtrum laborem impune edunt.

Eum. æus boſpiti ſacrificaturus ſuem mactat.

Sic locutus ſeidit ligna acuto ferro.
 Hi autem ſuem adduxerunt ualde pingue quinquennem.
 Hunc quidẽ poſtea poſuerunt in craticula. neq; Subulcus
 Oblitus eſt immortalium. mentibus enim utebatur bonis.
 Sed hic incipiens capitis crimes in ignem iccit
 Albos habentis dentes ſuis, & precatus eſt omnes Deos,
 Vt rediret Vlyſſes prudens ſuam domum.
 Percuſſit aut̃ in altũ tollẽs ſtipite querno quẽ ligũ ueniẽs.
 Hunc aut̃ reliquit aĩa. hi aut̃ iuglauerũt & cõbuſſerũt.
 Statim aut̃ ipſum diuiſerunt: cruda aut̃ poſuit Subulcus
 Vndiq; incipiens à membris in pinguem pinguedinem.
 Et partim quidem in ignem iccit miſcens farina flore.
 Minuatim uero ſecauerunt alia, & circũ uerua fixerũt.
 Aſſaueruntq; rite, extraxeruntq; omnia.
 Poſuerunt autem in diſcis ſimul omnia. Subulcus uero
 Surrexit diuidens, ualde enim mentibus æqua ſciebat.
 Atque quidem ſeptifariam omnia partitus eſt diuidens.



Partem quidem unam Nymphis, & Mercurio Maia filio
Posuit supplicans, alias distribuit singulis:
Dorsis autem Vlysses integris honorauit
Albos dentes habentis suis. Letificauit autem animum Heri
Et ipsum dicendo allocutus est prudens Vlysses.
Vtinam sic Eumæe dilectus Ioui patri esses
Sicut mihi, si quidem talem existentem bonis honoras.

Hunc autem respondens, allocutus est Eumæus subulcum
Comede felix hospitum, & delectare his,
Qualia adiunt. Deus autem hoc quidem dabit, hoc autem sunt
Quodcumque suo animo uult. potest enim omnia.
Dixit, & primitias sacrificauit Deis sempiternis.

Mesaulius.

Libans autem nigrum uinum, Vlysi urbium destructorum
In manibus posuit. hic autem sedebat suum iuxta latum.
Cibum autem ipsis distribuit Mesaulius quem subulcum
Ipse possederat solus absente domino,
Seorsum à domina & Laërte sene.
Ipsam apud Taphios emerat de suo.

Hi autem in cibos paratos præiacentes manus extendebant.
At postquam potus & cibi desiderium eiecerunt:
Cibum quidem ab ipsis abstulit Mesaulius. hi autem in cubito
Cibo, & carnibus saturati iuerunt.
Nox autem uenit mala obscura. pluit autem Iupiter
Tota nocte. at spirabat Zephyrus magnus semper aquosus.

Hos autem Vlysses allocutus est bubulcum tentans:
Si quomodo ab eo exuta ibi lena præberet, uel aliquem sociorum
Alium moueret: si quidem sui curam gerebat ualde.

Vlysses an-
sam querit
commode pe-
tendi lenam.
Audi nunc eumæe, & alij omnes socij
Me iactando aliquod uerbum dicam. uinum enim inbet
Stultum, quod impellit sapientem etiam ualde, canere

Et leniter ridere, & saltare agit:
Et aliquod uerbum præfari quod non dictum melius.
Sed postquam primum garrulus esse coepi, non dissimulabo.
Vtinam sic pubescerem, uisq; mihi firma esset,
Sicut quando sub Troia insidias duximus parantes.
Duces erant Vlysses, & Atrides Menelaus,
Cum his unum tertius dux sui ego. ipsi enim iusserant.
Sed quando iuimus ad urbem, altumq; murum,
Nos quidem circa urbem in uirgultis densis
Inter calamos & paludem sub armis cadentes,
Iacimus. nox autem aduenit mala Borea incidente
Bromalis. at postea nix facta est ueluti pruina
Frigida, & scutis circumuertebatur crystallus.
Tunc alij omnes uestes habebant & tunicas:
Dormiebant autem quieti scutis cooperti humeros.
At ego uestem quidem discedens socijs reliqui
Stulte, quoniam non putabam tantum frigus futurum.
Sed sequebar scutum solum habens, & uestem nigradam.
Sed quoniam iam extrema pars noctis erat: tras autem astra ierant.
Et tunc ego Vlysses allocutus sum propè existentem
Cubito pungens. hic autem promptè audiuit.
Nobilis Laërteadi prudens Vlysses,
Non adhuc cum uiuis ero, sed me hyems
Interficiet. non enim habeo lenam apud me, decepit fortuna
Vna cum tunica cum sim. nunc autem non amplius remedia adsunt.
Sic dixi. hic autem postea mentem tenuit hanc in animo.
Sed ille erat ad consultandum & pugnandum:
Loquens autem gracili uoce ad uerbum dixit.
Ille nunc ne quis te Achiuorum alius audiat.
Dixit, & in cubito caput tenuit dixitq; uerbum.



O D Y S S E A E

Audite amici diuinus mihi in sönis astitit Deus somni.
Nam à nauibus longè uenimus, sed aliquis eat
Nunciatum Atridæ Agamemnoni pastori populorum,
An plures ad naues iubeat uenire.
Sic dixit. motus est autem postea Thoas Adramonis filius
Subito: à se autem lenam iecit purpuream.
Perrexit ire ad naues. ego autem in ueste illa
Iacui libèter. illuxit autè aureum thronū habens Astora.
Vinam nunc pubescerem uisq; mihi firma esset,
Daret aliquis lenam in stabulis Subulcorum
Aequè amicitia ac reuerentia uiri boni.
Nūc aut me inhonorat malas circa corpus uestes habentē.

Eumæus
Vlysi

Hunc aut respondens, allocutus est Eumæus subulcorum.
O senex. laus quidem tibi magna quam dixisti.
Neque amplius citra decorum uerbum inutile dixisti.
Ideo neque ueste indigebis, neq; alia re,
Quam conueniat supplici misero obuiam uenienti.
Nunc, at mane tuis te uestibus amicies:
Non enim multæ lenæ mutatori. eq; tunicæ
Hic ad induendum. una autem sola uiro singulo.
At postquam uenerit Vlysis dilectus filius,
Ipse tibi lenamq; tunicamq; uestes dabit,
Mittet & quo te cor animusq; iubet.

Paratur stra-
tum Vlysi.

Sic dicens surrexit. posuit autem ei ignem propè
Lectum: inq; caprarum & ouium pelles iniecit,
Vbi Vlysses dormiebat: in super lenam iniecit ipsi
Densam & mollem, quæ ei erat mutatoria
Cum se indueret, qñ aliqua hyems terribilis orta esset.
Sic hic quidem tunc Vlysses dormiuit. apud ipsum
Viri dormierunt iuuenes, neque Subulco

E

XIIII.

128

Placuit illie in lecto à suis longè dormire.
Sed hic extra iens armabatur. letabatur autem Vlysses
Quod ei census curæ erat longè existens.
Primum quidè ensè acutum circū fortes posuit humeros.
Circum aut lenam induit expellentē uentū ualde desam:
Ne pellem accepit capræ bene nutritæ magnæ.
Accepit aut acutā lanceā cōtra canes aduultricē & uiros.
Perrexit autem ire dormiturus, ubi sues
Pera sub concaua dormiebant Boreæ sub tegmine.

ARGUMENTVM. O. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Telemacho Minerua in somnis assistens in Ithacam redire hor-
tatur. hic dona à Menelao accipiens mittitur, & ingressurus in
Patriam Theoclymenon quendam Argium uatem recipit pro-
prietatem fugientem. Et Eumæus Vlysi narrat vii Phœnices
Patriam prædam facientes ex Syria insula, vendiderunt Laërte.
Telemachi nauis deducitur in Ithacam: & cum hanc in ciui-
tatem remisisset, ipse ad Eumæum pergit.



ODYSSEAE. O. HOMERI
COMPOSITIONIS.

O micron, appulit ad Ithacam Vlyfides ex Lacedaemona.



N LATA Lacedaemona Pallas
Minerua
Accesit ad Vlyfides magnanimi illius
strem filium
De reditu admonitura, & suaves
ut redeat:

Inuenit autē Telemachum & Nestoris inelytum filium
Dormientem in uestibulo domus Menelai illustris:
Certe Nestoridem molli domitum somno.
Telemachum autē nō somnus tenebat dulcis: sed in animo
Noctem per solitariam curas patris congregabat.
Propē autē stans allocuta est glaucos oculos hīs Minerua
Telemache non amplius bene domibus diu aberas.

Minerua Telemachū in somnis hortatur, ut Ithacam redeat.

Possessionesq; relinquens uirosq; in tuis domibus
Sic superbos ne omnia comedant
Possessiones diuidentes. tu autem inanem uiam uenias.
Sed moue citissime, uoce bonum Menelaum
Mittere, ut adhuc domi bonam matrem inuenias.
Iam enim paterq; fratresq; iubent
Eurymacho nubere. hic enim superat omnes
Procos donis, & auget dotes.
Ne te inuito ex domibus res efferatur.
Scis enim qualis animus in pectoribus mulieris.
Illius uult domum augere, quicumque duxerit.
Filiorum autem priorum, & mariti dilecti

Non amplius recordatur mortui, neq; inquit.
Sed tu ueniens ipse committes singula,
Familiarum, quae optima uidebitur esse,
Quousq; ostendant Dei uenerabilem uxorem.
Aliud autem tibi uerbum dico: tu uero repone animo,
Procorum tibi diligenter optimi insidiantur
In freto, Ithacaeq; Samiq; puluerulente
Capientes occidere antequam in patriam terram uenias.
Sed haec non puto: ante & aliquem terra detinebit
Virorum procorum qui uictum comedunt.
Sed longe ab insulis impelle bene fabricatam nauem.
Nocte autē simul nauiga. mittet autē tibi uentum a tergo
Immortalium quicumq; te custoditq; liberatq;
At ut primum litus Ithacae perueneris,
Nauem quidem in ciuitatem impelle, & omnes socios:
Ipsae autem primum subulcum inuade,
Qui suum custos, simul autem tibi humana scit.
Ilic autem dormi: hunc autem mitte urbem intra.
Nuncium dicentem castae Penelopes,
Quia ei saluus es, & ex Pylo uenisti.
Haec quidem sic fata abiuit ad longum olympum.
At hic Nestoridem ex dulci somno excitauit
Calcē pede mouens, & ad ipsum uerbum dixit.
Surge Nestoride Pifistrato unius unguis equos
Iamque currui ducens, ut eamuis uiam.
Hunc autem Nestorides Pifistratus contra allocutus
Telemache, nondum est tēpus: festinantes uia (est.
Noctē per tenebrosam impelleres: cito at aderit Aurora.
Sed mane quousq; dona ferens in currus ponat
Heros Atrides lancea inclytus Menelaus:

Telemachus Pifistrato.

Pifistratus Telemacho.



Et uerbis mitibus alloquens remittat
Huius enim hospes recordatur dies omnes
Viri hospitalis, qui amicitiam praebeat.

Sic fatus, statim autem aureae sedis uenit Aurora.
De prope autem ipsos uoce bonus Menelaus
Surgens ex lecto Helenam apud pulchricomam.

Telemachus
Menelao.

Hunc at postquam igitur cognouit Ulyssis dilectus filius
Festinus, chitonem circum corpus splendidam
Induit, & magnum pallium in fortes iecit humeros
Heros. iuit autem foras, astans autem allocutus est
Telemachus dilectus filius Ulyssis diuini.

Atride Menelaë diuine princeps populorum,
Iam nunc me remitte dilectam in patriam terram:
Iam enim mihi animus cupit domum ire.

Menelaus Te
lemacho

Huius autem respondit postea uoce bonus Menelaus,
Telemache non te ego multum tempus hic detinebo
Cupientem reditus: irascor autem & alij
Viro hospitali qui eximie quidem diligit,

Hospitem in-
uitum detine
re inhumanū
est

Eximie autem odit, meliora autem decentia omnia
Aequale malum est, qui & nolentem redire
Hospitem impellit & qui ruentem detinet.
Oportet hospitem pntem diligere, uolentem autem dimittentem
Sed mane donec dona ferens in sedes ponam
Pulchras: tu autem oculis uidebis, dicam autem meliora
Coenam in domibus ut faciāt sufficere intus existentiū.
Vtrinque; gloriaque & splendor, & utilitas
Coenatos ire multam in infinitam terram.
Si autem uis diuertere in Graeciam & medium Argos,
Ut ipse sequar, subiungam autem equos.
Urbes autem hominum ducam: neque; aliquis nos

Frustra remittet: dabit autem aliquid unum ferri,
Vel aliquem tripodem bene aratorum, uel lebetem,
Vel duos mulos, uel aureum poculum.

Hic at rursum Telemachus prudens contra allocutus est. **Telemachus
Menelao.**

Hic at rursum Telemachus prudens contra allocutus est.
Atride Menelaë diuine princeps populorum,
Volo iam redire ad nostra: non enim a tergo
Castodem discedens reliqui in rebus meis,
Hic patrem diuinum querens ipse peream:
Certe mihi ex domibus depositum bonum percat.

At postquam hoc audiuit uoce bonus Menelaus:
Statim suae uxori & famulis iussit,
Coenam in domibus preparare sufficere intus existentiū.
Propere autem ipsum uenit Boethides Eteoneus

Esurgens ex lecto, quonia non multum habitabat longe ab ipso:
Hunc autem igne accendere iussit uoce bonus Menelaus,
Assareque; carnes, hic autem non neglexit audiens.

Ipse autem in thalamum descendit redolentem
Non solus, simul cum ipso Helena ibat, & Megapentheus.
Sed quando iam peruenerunt ubi ei deposita iacebant:

Atrides quidem postea poculum accepit rotundum.
Filiam autem crateram portare Megapentheum iussit
Argenteam. Helena autem astitit arcis,

Ubi erant uestes totae uariatae, quas laborauerat ipsa.
Harum unam eleuas Helena portabat diuina mulierum,
Quae pulcherrima erat tarsatis & maxima:

Stella autem taquam resplendebat: iacebat autem ultima aliarum.
Perrexerunt autem ire ulterius per domum quousque; puenerunt
Telemachum, hunc autem allocutus est flauus Menelaus.

Telemache certe reditum ut mentibus tuis cogitas,
Sic tibi Iupiter perficiat personans maritus Iunonis:



Donorum aut quaecumq; in mea domo deposita iacent,
Dabo quod optimum & honoratissimum est.
Dabo tibi crateram fabricatam: argentea autem
Est tota: auro autem in labra perfecta sunt.
Opus autem Vulcani: praebuit autem illustris heros
Sidoniorum Rex, quando sua domus cooperuit
Illic me redeuntem. tibi autem uolo hoc praebere.

Menelai do-
num.

Sic dicens in manibus posuit crateram rotundam
Heros Atrides. hic autem crateram lucidam
Posuit illic coram portans fortis Megapenthes
Argenteam. Helena autem astitit pulchrigenas
Vestis habens in manibus, uerbumq; dixit, & denotauit.

Helena Tele-
machu xenijs
donat.

Donum tibi & ego fili dilecte hoc do, ^(ru tepu)
Memoria Helene manu multu desideratu in nuptiis
Tuae uxori portare. interim aut dilectam apud matrem
laceat in domo. tu autem mihi gaudens abi
Domum bene edificatam, & tuam in patriam terram.
Sic dicens in manibus posuit. hic aut suscepit gaudens.
Et haec quidem in tabulata posuit Pisistratus heros
Suscipiens, & omnia suo admiratus est animo.
Hos autem duxit ad domum capite flauus Menelaus.
Sederunt autem postea in sedibusq; thronisq;
Lauacra autem famula gutturnio insudit ferens
Pulchro aureo super argenteo lebetes
Lauare apud autem politam extendit mensam.
Panem autem honesta famula apposuit ferens,
Cibos multos imponens, gratificans praesentibus.
Apud autem Boethedes carnes incidebat, & distribuerebat
Ministrabat aut filius Menelai inelyti. ^(partes)
Hi autem in cibos paratos praeciaces manus mittebant.

At postquam potus & cibi desiderium eiecerunt:
Et tunc Telemachus, & Nestoris illustris filius
Equos iunxerunt, supraq; currus uarios iuerunt.
Extra aut impulerunt uestibulu & porticu ualde sonante.
Cum his autem Atrides ibat flauus Menelaus,
Vinum habens in manu dulce dextra
Aurea in patera, ut sacrificantes irent.

Statuit autem equos ante: circumspectus aut locutus est.
Gaudete o iuuenes, & Nestori pastori populorum
Dicite. certe enim mihi pater tanquam mitis erat.
Quousq; in Troia pugnauius filij achiuorum.

Hunc autem Telemachus prudens contra allocutus est.
Et ualde illi generose sicut dicit
Omnia haec euntes narrabimus. utinam enim ego sic
Rediens ad Ithacam Ulysseni in domo
Dicerem, ut ad te consequens amicitiam omnem
Venio. at duco deposita multa, & bona.

Sic ei dicenti uolauit dextera auis
Aquila album anserem ferens unguibus magnum
Domesticum est stabulo. hi autem clamantes sequebantur
Viri & mulieres. haec aut ipsos propere ueniens
Dextra iuit ante equos. hi autem uidentes
Letati sunt: & omnibus in mentibus animus letatus est.

His autem Nestorides Pisistratus incepit sermonem.
Considera iam Menelaë generose princeps populorum,
Si nobis hoc ostendit Deus monstrum, an tibi ipsi.
Sic dixit. cogitabat autem bellicosus Menelaus,
Quomodo ei secundum decem responderet considerans.
Huic autem Helena extensis uestibus praeueniens dixit uerbu.
Audite me. at ego uaticinabor sicut in animo

Auguriu aq;
la aduolatis.



Helena inter Sicut hæc anserem rapuit nutritum in domo
pretatur au- Veniens ex monte ubi ei generatioq; partusq;
gurium. Sic Vlisses mala multa passus, & multa errans.
 Domum redibit, & punit uel & iam
 Domi. at prociis mala omnibus plantat.

Telemachus Hanc autem rursus Telemachus prudens cõtra dicit
proficiscitur Sic nunc Iupiter faciat ualde sonans maritus Iunonia.
a Menelao. Ideo tibi & illic Deo tanquam supplicarem.
 Dixit, & in eqs flagellum iccit. hi autem ualde celeriter
 Ruerunt in campum per urbem prompti.
 Hi autem toto die fessimabant iugum utrinq; habentes.
 Occidit autem Sol, obscuratae suntq; omnes uie.
 In Pheram autem peruenerunt Dioclei ad domum
 Filij Orfilochi, quem Alpheus genuit filium.
 Illic nocte dormierunt. hic autem his hospitalia posuit.

Quando autem matutina apparuit rosea Aurora,
 Equosq; iunxerunt, super currus uarios ascenderunt.
 Extra autem impulerunt uestibulũ & porticu resonantem.
 Verberauit autem impellere, hi autem non inuiti uolebant.
 Statim autem postea uenerunt Pyli altam ciuitatem.
 Et tunc Telemachus allocutus est Nestoris fillum.
 Nestoride quomodo mihi promittens perficies
 Verbum meum: hospites autem omnino dicimur esse
 Ex patrum amicitia. at & coetanei sumus.
 Hæc autem uia & magis concordia separabit:
 Ne me extra duc nauem generose: sed relinque illic.
 Ne me senex inuitum detineat sua in domo.
 Cupiens diligere me autem opus cito ire.
 Sic dixit. Nestorides suo consultauit animo:

Quomodo ei secundum decens promittens perficeret.
 Sic autem ei cogitanti uisum est melius esse.
 Verit equos in nauem uelocem, & littus maris.
 Naui autem in puppi discooperuit pulcherrima dona,
 Vestem, aurumq; que ei Menelaus dedit:
 Et ipsum hortans uerba uelocia allocutus est.

Festinanter nunc ascende, iubeq; omnes socios
 Ante me domum ire, nunciareq; seni.
 Bene enim ego hos scio in mente & in animo,
 Quis illius animus immensus, neq; te dimittet.
 Sed ipse uocans huc uenire faciet, neq; te dico
 Retro ire uacuum, ualde enim irascetur tamen.
 Sic uociferans impulit pulchrorum crinium equos
 Retro Pyliorũ in ciuitate, uelociter aut domos peruenit.
 Telemachus autem socijs concitans iussit.
 Parate arma socij nauis nigrae:

Ipsiq; ascendamus ut transeamus uiam.
 Sic dixit. hi autem igitur huc ualde quæ audiuerunt et obe
 statim aut ingressi sunt: & i sedibus sederunt. (diuerunt.
 Certè hic quidè hæc laborabat, supplicabatq; Minerua,
 Nauem apud puppim. deprope autem ei uenit uir
 Peregrinus fugiens ex Argo uirum interficiens
 Vates at genere Melampodis proles erat:
 Qui antea quidè quodam habitabat Pylo in matre ouium
 Dives Pylijs ualde egregie domos habitans.
 Iam tunc alium populum peruenit patriam fugiens,
 Neleumq; magnanimum clarissimum uiuentium:
 Qui sibi opes multas perfectum in annum
 Habuit ui, hic autem interim quidem in domibus arcis
 Vinculo in difficili ligatus est fortes dolores patiens

Descendit à se
 Telemachus
 & Pistratus.

Telemachus
 socijs.

Theoclyme =
 nus uates ad
 telemachi na
 uē confugiēs,



O D Y S S E A E

Gratia Nelei filie nocuentiq; grauis,
Quod ei in mentibus posuit Dea grauis crynnis.
Sed hic quidē effugit mortē: & abegit boues ualde magnas
In Pylum ex Phylace: & soluit opus indecens
Diuinum Neleum fratriq; uxorem
Duxit ad domos. hic autem aliorum iuit populum
Argos in equos nutriens, ibi enim ei fatatum erat
Habitare multis imperantem argiuis.

Ibi autem duxit uxorem, & altam posuit domum.
Genuit autem Antiphatem & Mantium filios fortes,
Antiphates quidem genuit Oicleum magnanimum.

Antiphates.
Mantius Oicleus Amphiaraus.

At Oicleus populum saluantem Amphiarauum,
Quem animo diligit Iupiterq; agiochus & Apollo
Omni amicitia: neq; peruenit senectutis limen:
Sed perijt Thebis muliebrium gratia donorum.

Alcmaō Amphilochnus.
Polyphi deus & Clitus.

Huius aut filij generati sunt Alcmaon, Amphilochnusq;
Mantius iterum genuit Polyphideumq; Clitumq;
Sed certe Clitum auree sedis rapuit Aurora
Pulchritudinis gratia, ut immortalibus interesset.

At magnanimum Polyphideum uatem Apollo
Posuit hoīum ualde optimū, postquā mortuus ē Amphilochnus
Qui Rhyperesiam habitabat patri iratus
Illic hic habitans uaticinabatur omnibus hominibus.
Huius quidem filius aduenit. Theoclymenus autē nomen
Qui Telemachum propē stetit. hunc autē inuenit nomen
Sacrificantem, supplicantemq; uelocē apud nauē nigrā
Et ipsum uociferans uerba uelocia allocutus est.

Theoclymenus.

O amice, quoniam te sacrificantē inuenio hoc in loco.
Supplico per sacrificia, & demonis, & postea
Tuum ipsius caput, & socios qui te sequuntur,

O XV.

133

Dic mihi interroganti uera, neq; occultes.

Quis unde es uirorum? ubi tibi ciuitas, & parentes?
Hunc aut rursus Telemachus prudēs cōtra allocutus est.
Tibi enim ego hospes ualde uerē dicam.

Ex Ithaca genere sum. pater autem mihi est Ulyssēs
Si quādo erat: nūc autem iam corruptus est graui morte.
Propterea nunc sociosq; capiens, & nauem nigram
Venī interrogaturus patre diu abeunte.

Theoclymenus orat opē.

Hūc aut rursus allocutus est Theoclymenus diuinus.
Sic tibi & ego ex patria uirum interficiens
Contribulum, multi autem fratresq; socij;
Argos in equos pascens, ualde aut dominantur Achui:
Horum fugiens mortem, & parcam nigram
Fugio: quoniam mihi parca inter homines errare.
Sed me nauē in sedere fac, postquā te fugiens supplicauī,
Ne me interficiant, persequi enim puto.

Hūc at rursus Telemachus prudēs cōtra allocutus est.
Non quidem iam uolentem expellam nauī aequali.
Sed sequere, at illic diligeris quali habemus.
Sic loquens ei suscepit arcem lanceam:

Telemachus suscipit in nauem Theoclymenum

Et hanc in lignis extendit nauis utrimq; uertibilis.
At autem & ipse nauem ascendit per mare euntem:
In puppi autem postea sedit: apud autem se ipsum
Sedere fecit Theoclymenum. hi autem funes soluerunt.

Telemachus autem socijs exhortans iussit
Arma tangere. hi autem ruenter obediuerunt.
Malum autem abiegnum concauum in ra tabulatum
Statuerunt erigentes, de autem funibus ligauerunt.
Traxerunt uela alba bene uersis loris.

His autem concitantem uentum mittit caesia Minerva



O D Y S S E A E

Latum sonantem per aërem ut uelocissime
Nauis perficeret currens maris falsam aquant.
Occidit autem Sol, obscuratae suntq; omnes uia:
Hæc Pheras iniecit festinans Iouis uento
Et apud Elidam diuam, ubi dominantur Epij.
Hinc autem rursus insulis premisit acutis,
Ruens si mortem fugiat, an caperetur.

Hi aut rursus in stabulo Vlysses & diuinus Subulcus
Cœnabant apud autem ipsos cœnabant uiri alij.
At postquam potus & cibi amorem eiecerunt:
His Vlysses dixit Subulcum tentans.
Si ipsum adhuc accuratè diligit, manereq; iubeat
Illic in stabulo: an hortetur ad ciuitatem.

Eumæi & Vlyssis colloquium.
Audi nunc Eumæe, & alij omnes socij,
Mane ad ciuitatem cupio ire
Mendicans, ut non te uexem & socios:
Sed me bene mone, & simul ductorem bonum præbe
Qui me illuc ducat: in autem ciuitatem ipse necessitate
Errabo, si quis poculum & panem porrigat.
Et iens ad domos Vlyssis diuini
Nuncium dicam prudenti Penelope:
Et prociis superbis miscabor
Si mihi cœnam dent cibos infinitos habentes.
Statim beneficiam inter ipsos quicquid uolent.
At enim tibi dico, tu autem componere, & me audi
Mercurij uoluntate internuncij omnium
Hominum operibus gratiam & gloriam præbet.
Strenuitate autem non mihi contenderet homo alius:
Ignemq; bene cumulare, perq; ligna autem scindere,
Diuidereq; & assare, & uinum fundere:

O X V.

134

Qualia bonis faciunt peiores.

Hic aut ualde iratus allocutus est Eumæus subulcus.

Hic mihi hospes cur in mentibus hoc consilium

Fuit, certe omnino cupis illic perire,

Si iam procorum uis ingredi multitudinem:

Quorum iniuriaq; uisq; ad sydereum cælum uadit.

Non tales sunt ministri illorum:

Sed iuuenes lenas bene induti & chitonas:

Semper autem formosi capite & ualde uultu,

Qui ipsis administrant, bene polita autem mense

Pane & carnibus & uino onerate sunt.

Sed mane, non enim aliquis te dolet præsentem,

Neq; ego, neq; aliquis alius sociorum qui mihi sunt.

At postquam uenerit Vlyssis dilectus filius

Ille te lenamq; chitonamq; uestes induet.

Mittet autem quo te cor animusq; iubet.

Huc aut restodit postea multa patiens diuinus Vlysses

Vinam sic Eumæe dilectus Ioui patri fieres

Sicut mihi: quod me cessasti errore & erumna graui.

Errare autem non est peius aliud hominibus.

Sed gratia perniciosi uentris mala consilia habent

Uiri quorum aliquem inuenit error et nocentum & dolor.

Nunc autem quoniam detines manere me illum iubes,

Dic age mihi circa matrem Vlyssis diuini

Patrisq; quem reliquit iens in senectutis limine,

Sicubi adhuc uiuunt sub splendore Solis,

An iam mortui sunt, & in inferni domibus.

Hic aut rursus allocutus est Subulcus princeps uirorum.

Tibi enim ego hospes ualde uere dicam.

Laertes quidem adhuc uiuit: Ioui autem supplicat semper

Vlysses qrit
de matre &
patre Laerte



O D Y S S E A E

Animum à membris corrumpi suis in domibus.
Terribiliter enim filio dolet profecto.
Virgine nuptaq; uxore prudente, quæ ipsum maxime
Tristitia affectu corrupta, et in cruda senectute posuit,
Quæ dolore sui filij corrupta est gloriosi
Tristi morte, sic non moriatur quicumq;
Hic habitans amicus sit et amica faciat:
Quandiu quidem igitur illa erat dolens tamen,
Tandiu aliquid mihi dilectum scrutari et interrogare.
Quoniam me ipsa nutriuit, simul pariens extensa uesit.
Filia potens quam postremam peperit filiorum:
Hac simul nutritus sum, paulo at me minus honorabat.
At postquam pubertate multum amatam uenimus ambo,
Hac quidam postea in Samum dederunt, et infinita acceperunt.
At me lenamq; chitonemq; uestes illa
Pulchras ualde circumindues, pedibus aut calciameta dant.
Ad agrum præmisit, diligebat aut me corde magis.
Nunc autem iam horum indigeo: sed mihi ipsi
Opus augent beati Dei cui in maneo.
Ex his autem comedi bibiq;, et uerecundis dedi.
Ex autem domina non dulce est audire,
Neq; uerbum neq; opus: quoniam malum incidit domina
Viri superbi, ualde autem famuli indigent
Contra domnam dicere, et singula interrogare,
Et comedere bibereq; postea autem et portare
Ad agrum qualia animum semper famulis letificant.
Huc autem ressedens, allocutus est multum tolerans Ulysses.
Pape sic paruulus existens Eumæe subulce
Multum aberrasti tua patria et parentibus.
Sed age mihi hoc dic, et uere narra.

Ulysses qrit
ex Eumæo
cōditionē ge-
neris eius.

An destructa est ciuitas uirorum lata uis,
Qua in habitabat pater, et ueneranda mater.
An te solum positum apud oues, uel apud boues
Viri inimici nauibus acceperunt et transtulerunt
Huius uiri ad domos, hic autem dignum pretium dedit.
Huc autem rursus allocutus est Subulcus princeps uirorum.
Hospes quoniam iam hæc me interrogas et inquiris:
Silentio nunc audi: et delectare bibeq; uinum
Sedens, hæc autem noctes magnæ est quidem dormire.
Est autem delectantibus audire: neq; te oportet
Ante horam dormire: dolor et multus somnus.
Horum autem aliorum quemcumq; cor et animus iubet
Dormiat exiens simul autem Aurora apparente
Cenatus simul sues heriles sequatur.
Nos autem in stabulo bibentesq; comedentesq;
Doloribus adinuicem delectemur tristibus
Recordantes: inter etenim dolores delectatur uir
Quicumq; iam ualde multa passus est, et multa errauit.
Hoc autem tibi dico, quod me interrogas et inquiris.
Insula quædam Siria uocatur sicubi audis
Ortygia de super ubi mutationes solis.
Non multa ualde tantum: sed bona quidem
Fertilis bouum, fertilis ouium, uino plena, multi frumeti:
Fames autem nunquam populum inuenit: neq; aliquis alius
Morbus odiosus est in miseris hominibus.
Sed quando senescunt in ciuitate generationes hominum
Veniens argentei arcus Apollo Diana cum
Suis illustribus sagittis contraueniens interficit.
Illic duæ ciuitates, diuisim autem ipsi omnia diuisa sunt.
His autem ambabus pater meus imperauit



Ctesius Ormenides similis immortalibus.
Illuc autem Phœnices nauibus inelyti uenerunt uiri
Ingeniosi infinitos ducentes ludos naue nigra,
Fuit autem patris mei mulier Phœnissa in domo
Pulchrâq; magnaq; & splendida opera sciens.
Hanc autem Phœnices callidi deceperunt
Lauantem quidam primum mixtus est concava in nauis
Lecto & amicitia, quæ mentes decipiunt
Libidinosi mulieribus, et si bene operans sit.
Interrogabat autem postea, quæ esset & unde ueniret.
Hæc autem ualde statim patris dixit altam domum.
Ex quidem Sidone multi æris gloriator esse:
Filia autem sum Arybantis ego abunde diuitis.
Sed me rapuerunt Taphij latrones uiri
Ex agro ueniẽtem. translulerunt autem me huc ducentes
Huius autẽ uiri ad domos. hic autẽ dignum pretiũ dedit.
Hanc autẽ rursus allocutus est uir, q̄ mixtus erat clam.
Certẽ nunc iterum rursus simul nos domum sequere,
Ut uideas patris & matris altam domum:
Ipsosq; certẽ enim adhuc sunt, & diuites uocantur.
Huc autẽ rursus allocuta est mulier, et respõdit uerbo.
Sit & hoc, si mihi uelitis nauis
Iuramento fidem dare innocuam abducere.
Sic dixit. hi autem omnes iurauerunt sicut iussit.
At postquã iuraueruntq; perferuntq; iuramentum:
His rursus quædam dixit mulier, & respondit uerbo.
Silentio nunc, nequis me alloquatur uerbis
Vestrorum sociorum obuians uel in uia,
Vel in fonte, ne quis ad domum seni
Veniens dicat. hic autem intelligens liget
Vinculo in difficili. uobis autem consultabit mortem.

Sed habete in mente uerbu. festinate at̄ emptionẽ uiatico
Sed quando iam nauis plena uictu fuerit, (rum
Nuncius mihi postea uelociter ad domos ueniat:
Portabo enim & aurum quocunq; sub manus uenerit.
Et autem aliud onus ego uolens dabo.
Filium enim uiri sui in domibus nutrio
Asutum iam talem simul currentem foras:
Hunc ducam in nauis. hic uobis infinitum pretium
Inueniet quocunq; transibitis ad diuersilingues homines.
Hæc quidem sic fata abiit ad domos pulchras,
Hi autem per annum totum apud nos manentes
In nauis concava, uiaticum multum lucrabantur.
Sed quando iam concava nauis grauata erat, his redire
Et tunc nuncium miserunt qui nunciaret mulieri.
Venit autem uir multa sciens mei ad domos patris
Auream coronã habens: post autẽ electris impedita erat.
Hanc quidem in domo famule & honesta mater
Manibus tractabant, & oculis uidebant
Pretium promittentes, hic autem huic innuit tacitẽ.
Certẽ hic innuens concavam in nauem iuit,
Hæc autem me manu capiens domibus eduxit foras:
Inuenit autẽ in uestibulo partim pocula, partim mensas
Virorum conuiuiarum, qui mei patrem gubernabant.
Hi quidem in concionem processerunt populiq; cœtum.
Hæc autem statim tria pocula abscondens in sinu
Exportauit, at ego sequebar stultitijs.
Occidit autem Sol, obscuratq; suntq; omnes uie.
Nos autẽ in portum inelytum uenimus celeriter euntes,
Vbi Phœnicum erat uirorum uelox in mari nauis.
Hi quidem postea ascendẽtes nauigabant humidis uias
Nos ascendere facientes: Iupiter autem uentum immisit.



Sex diebus quidem simul nauigauimus nocteq; & die.
Sed quando septimum diem Iupiter imposuit Saturni.
Hæc quidē postea mulierē interfecit Diana sagittis gaudē.
Sentina autem in sonuit cadens, sicut marina auis:
Et hanc quidem fœcis, & piscibus escam fieri
Eiecerunt, at ego relictus sum dolens animo.
Hos autem Ithacæ admouit portans uentusq; & aquæ.
Vbi me Læertes enit rebus suis.
Sic hanc terram ego uidi oculis.

Ulysses Eūro Huic autē rursus Ioue natus Ulysses respondit uerbo.
Eumæe certe ualde iam mihi in mentibus aiū mouisti,
Hæc singula dicēs quoscunq; iam passus es dolores animo.
Sed certe tibi quidem apud & malum bonum posuit
Iupiter, quoniā uiri domos peruenisti multa laborans.
Humanus, qui iam tibi præbet cibumq; potumq;
Decenter, degis autem bonam uitam, at ego
Multas hominum per ciuitates errans huc perueni.

Telemachus Ithacā redit. Sic hi quidem talia inter ipsos dicebant.
Dormierunt autem non multum in tempus: sed paulatim
Statim enim Aurora uenit pulchræ sedis. hi autē in terra
Telemachi socij soluebant uela deposuerunt autē mastris.
Statim hanc in portum ante traxerunt remis.
Extra autem anchoras iccerunt, funes autem ligauerunt.
Extra autem & ipsi iuerunt in littore maris:
Coenamq; parabant: miscebantq; nigrum uinum.
At postquam potus & cibi desiderium eiecerunt,
His autem Telemachus prudens incepit sermonibus.
Vos quidem nūc ad ciuitatem impellite nauem nigrā.
At ego ad agrum ibo, & ad pastores.
Vespertinus autem, uidens mea opera discedam.

Hanc autem uobis itinericum apponam
Ceniuium bonum carniūq; & uini dulcis potus.
Hūc autē rursus allocutus est Theoclymenus diuinus.
Quo enim ego dilectæ fili ibo: cuius domos perueniam
Vrorum qui a speram Ithacam in dominantur?
An rectā tuam matrem, & tuam domum?
Hunc autē Telemachus prudens contra allocutus est.
Aliter quidem te ego, & nostrum iubeo
Irron enim tibi hospitiorum desiderium: sed tibi ipsi
Fœcis: quoniam tibi ego quidem abero: neq; te mater
Uidebit. non quidem enim frequenter proci in domo
Apparet: sed ab his in tabulato telam texit.
Sed tibi alium uirum speculor ad quem ibis
Eumachum Polybij prudentis inclytum filium:
Quem nunc equaliter Deo Ithacenses inspicunt.
Etenim multum optimus uir promptus est maxime
Matrem meā ducere uxore: & Ulyssis honorē habere.
Sed hæc Iupiter seit olympius in æthere habitans:
Et ipsi ante nuptias perficiet malum diem
Sic igitur ei dicenti uolauit dexter auis
Accipiter Apollinis uelox nuncius: in autem pedibus
Ulebat columbā tenēs: deorsum autē pēnas fundebat ad
In medio nauisq; & ipsius Telemachi (terram:
Hunc autem Theoclymenus socijs longē uocans
Iteius accepit manu: uerbumq; dixit, ac denominauit.
Telemache non sine Deo uenit dexter auis.
Cognoui enim ipsum in contraria uidens auem existētē.
Vostro autem non est genere dominantius aliud
In populo Ithacæ, sed uos potentes semper.
Hūc autē statim, Telemachus prudēs cōtra allocutus ē.
Hom. Odyss. §

Aquile au-
gurium

Theoclyme-
nus uates.



Vtinam enim hoc hospes uerbum perficiendum sit.
Ideo cito agnosces amicitiamq; multa; dona
A me: adeo ut aliquis te obuians beatum dicet.

Pyræus theoclymenū hospitatur

Dixit & Pyræum allocutus est fidum socium.
Pyræe Elitide, tu autem mihi præter alia maxime
Obedisti meorum sociorum qui me Pylum insecuti sunt.
Et nunc mihi hunc hospitem ducens in domibus tuis
Decenter ama, & honora donec ueniam.

Hæc at rursus Pyræus læcea telytus cõtra allocutus est.
Telemache, si enim tu multo tempore hic manebis:
Hunc aut ego ducam: xeniorū aut ei non desiderium erit.
Sic dicens in nauem iuit. iussit autem socios
Ipsos ascendere, atq; funes soluere.

Telemachus ad Eumæum diuertit

Hi autem statim ascenderunt, & in sedibus sederunt.
Telemachus aut sub pedibus ligauit pulchra calciamen.
Accepit autem fortem lanceam claram acuto are
Nauis à tabulatis. hi autem funes soluerunt:
Hi quidē impellētes nauigabant in ciuitatē, sicut iusserat
Telemachus dilectus filius Vlyssis diuini.

Hæc aut celeriter præcūte pedes ferebāt, ut iret in *Chios*
Vbi ei erant sues ualde multæ, quibus subulcus
Bonus existens dormiebat regibus humana sciens.

ARGUMENTVM. II. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Profecto in agros Telemacho, mittitur Eumæus in ciuitatem de
bens nunciare domini aduentum. Fit autem deinceps Vlyssis
apud filium agnitio secundum voluntatem Mineræ. Et in
fidias Telemachi ordinatorum in ciuitatem reuersio.

Et autem igitur Telemachus agnoscit patrem suum.



I autem rursus in stabulis Vlysses
& diuinus Subulcus
Parabant prædium simul aurora in-
cendentes ignem:
Emiseruntq; pastores cum congre-
gatis suis.

Telemachum aut circumblandiebatur canes latrantes,
Neq; latrabat aduenientē. intellexit aut diuus Vlysses
adulantes canes, circumsonus uenit pedibus.

Telemachum autem Eumæum uerba uelocia allocutus est.
Eumæe certe ualde aliquis ueniet huc socius,
Vel & cognitus alius, quoniam canes non latrant,
sed circumblandiuntur: pedibus autem sub sonum audio.
Mondū omne dictum erat uerbum quoniam eius dilectus filius
uocet in uestibulis. stupefactus autem irruit subulcus.
Ex autē eius manibus ceciderūt uasa quibus laborabat
ascens nigrum uinum. hic autem contra uenit Regem.
Osculatus est at ipsum capiteq; et abobus luminibus pul-
cherrimisq; abobus tenera at ei excidit lachryma. (Chris
uentem autem pater suum filiū amica amans amplectitur
uentem ex longinqua terra decimo anno
tali unicum in senectute genitū quo in dolores multos pas-
sus est.
tunc Telemachū diuinū diuus subulcus
totum osculatus est amplectēs tanquā ex morte fugiētē.
regens uerba uelocia allocutus est.

Comparatio.



Eumæus gra Venisti Telemache dulce lumen: neq; te ego
tulatur Tele Videre dicebam postquam iusti naui ad Pylum.
mácho redi- Sed age nunc ingredere dilecte fili, ut te animo
tum. Delecter, in spiciens nuper aliunde intra uenientem.
Nō quidē enim frequēter in agrū uenis, neq; ad pastora
Sed peregrinaris, sic enim placuit animo
Virorum procorū prouidere perniciosam multitudinē.

Hūc aut rursus Telemachus prudēs cōtra allocutus ē
Erit sic amice, tui enim causa huc ueni,
Vt te uideam oculis, & uerbum audiam.

Si mihi adhuc in domibus mater manet, an aliquis iam
Virorum alius duxit uxorem. Vlyssis autem cubile
Priuatione in lectis malas araneas iaceat habens.

Hūc aut rursus allocutus ē Subulcus p̄iceps uirorū
Et ualde illa manet patienti animo
Tuis in domibus: erumnose autem eam semper
Corrumpunt noctesq; & dies lachrymantem.

Sic utiq; uociferans eius suscepit arcem lanceam.
At hic introiuit, & transiit lapideum limen.
Huic autem sedis aduenti pater cessit locum Vlysses,
Telemachus autem ex altera parte retinuit, clamantib;.

Sede hospes, nos autem & alibi inueniemus sedem
Stabulo in nostro: adest autem uir qui deponet.

Sic dixit, hic aut rursus iens sedit, huic aut Subulcus
Fudit sub uridia uirgulta, & pellem desuper:
Illic sedit postea Vlyssis dilectus filius.

His aut rursus carnū scutellas apposuit Subulcus
Assatarum, quas priori die reliquerant comedentes:
Panem autem festinanter cumlauit in canistris:
In autem poculo miscebat dulce uinum.

Ipsē autem contra sedit Vlyssē diuinum.
Hi autem in cibos paratos præiacentes manus mittebāt.
At postquam potus & cibi desiderium eiecerunt:
Iam tunc Telemachus allocutus est diuinum Subulcum.

Papē, unde hospes hic uenit? quomodo aut ipsum nauatē
Dixerunt in Ithacam? quinam se esse gloriabantur?
Non quidem enim ipsum pedestrē puto huc uenisse.

Hūc autem respondens, allocutus est Eumæus Subulcus.
Namq; ego tibi fili uera omnia dicam.
Ex Cretensibus quidem genere gloriatur latis.

Dicit autem multas in hominum ciuitates diuertisse
Errans: sic enim ipsi neuit hæc fortuna.
Huic autem rursus Thestrotorū uirorum ex naue fugiēs
Venit meum ad stabulum, ego autem tibi præbebo,

Fac quomodo uis: supplex autem tibi dicit esse.
Hūc aut rursus Telemachus prudens allocutus est,
Eumæe certē hoc uerbum triste dixisti.

Quomodo enim iam hūc aduenam ego suscipiam domi:
Ipsē quidem iuuenis sum: & nōdum manibus ausus sum
Virum expellere: quando prior seuit.

Matri autem mihi bifariam animus in mētibus cogitat.
An illic apud me maneat & domum curet,
Lectum uenerans mariti populiq; famam.

An iam simul sequatur Achiuorum quicumq; optimus
Spondet in domibus uir, & plurima det.
Sed certē hunc hospitem, quoniam tuam uenit domum
Induam ipsum lenamq; chitonemq; uestes pulchras:

Dabo aut ensem utringq; acutū, & pedibus calciamenta.
Dittem autem quo ipsum cor animusq; iubet.
Hi autem uis tu, accipe in stabulis detinens:

Telemachus
de hospite q̄-
rit, & patrē
nō cognoscit.



Vestes autem huc ego mittam, & panem omnem
 Comedere, sic non te consumet & soctos.
 Illuc autem non ipsum ego ad procos sinam
 Ire: ualde enim iniustam iniuriam habent,
 Ne ipsum conuicietur: mihi autem dolor erit gratis.
 Facere autem difficile quid inter plures existentem
 Virum & potentem: quoniam multo potentiores sunt.
 Huc at rursus allocutus e multu toleras diuus Vlyssi
 O amice, quoniam mihi & respondere fas est.
 Certè ualde mei laceratum est audientis dilectum cor,
 Qualia dicitis procos iniusta excogitasse
 In domibus inuito te tali existente,
 Dic mihi an uoluntarius consumeris: an te populi
 Oderunt supra populum sequentes Dei uocem?
 An fratres accusas quibus uir
 Pugnantibus persuasit, etsi magna contentio moueretur.
 Utinam enim ego sic iuuenis essem hoc in animo:
 Vel filius ex Vlysse strenuus: uel & ipse
 Veniret errans: adhuc enim & spei fatum
 Statim postea à me caput incideret alienus uir:
 Si non ego illis malum omnibus facerem
 Iens in domum Laertiade Vlysis.
 Si aut rursus me multitudine interficerent solū existens
 Vellem in meis interfectus domibus
 Mori, quàm hæc semper indecentia opera uidere.
 Amicosq; quatientes famulasq; mulieres,
 Violentos indecenter in domibus pulchris:
 Et uinum exhaustum & cibum comedentes.
 Vanè sic imperfectum imperfecto in opere.
 Huc at rursus Telemachus prudēs cōtra allocutus est.

Hospes Tele-
macho.

Tibi enim ego hospes ualde uerè dicam.
 Neq; mihi omnis populus iratus molestus est,
 Neq; fratres accuso, quibus uir
 Pugnantibus persuasit, & si magnam uictoriam mouit.
 Sic enim nostram generationem solam fecit Iupiter.
 Solum Laertem Arcisij filium genuit.
 Solum autem rursus Vlysem pater genuit, at Vlysses
 Solum me domibus generans liquit: neq; adiutus est.
 His nunc inimici ualde infiniti sunt in domo.
 Quot enim insulis dominantur optimi
 Dulichioq; Samoq; & syluosa Zacyntho:
 Vel autem quicumq; asperam Ithacam dominantur,
 Tot matrem meam petunt: consumunt autem domum.
 Hec autem neq; negat odiosas nuptias, neq; finem
 Facere potest, hi autem corrumpunt comedentes
 Domum meam: cito autem me destruent & ipsum.
 Sed certè quidem hæc Deorum in genibus iacent.
 Domine, tu autem uade cito, prudenti Penelope
 Dic quòd ei saluus sum, & ex Pyllo ueni.
 At ego hic manebo tu autem illuc redi
 Soli nuncios, horum autem aliorum nullus Achiuorum
 Audiat: multi enim mihi mala cogitant.
 Huic autè respondens, allocutus est Eumæus subulcus.
 Cognosco, sapio: hæc iam intelligenti iubes.
 Sed age mihi hoc dic & uerè narra,
 Si & Laerti per ipsam uitam nuncius ueniat
Qui narem abscondet, & aures sauo ere,
Genitaliaq; detrahens dabit canibus cruda comedi.
Sic dixit. huic autē adhuc magis tremor subiuit mēbra.
In medium autē duxerūt. hi autē ambas manus eleuauerūt.
Iam tunc cogitauit multum tolerans diuinus Vlysses.
An percutiet, ut ipsum anima linquat illic cadentem.
An ipsum parumper percutiet extendetq; in terram.
Sic autem ei cogitanti uisum est melius esse
Quietē percutere, ut nō ipsum reprehenderent Achīui.
Iam tūc eleuati. hic quidem percussit dextrum humerum
Irus. ille autē ceruicem percussit sub aure: ossa autē intus
Fregit. statim autem uenit in os ruber sanguis.
Decidit autem in pulueribus clamās: simul eiecit dentes
Calcitrans pedibus terram. at proci superbi
Manus eleuantes risu mortui sunt. at Vlysses
Traxit p̄ ex uestibulo capiēs pedē quousq; iuit ad aulam
Porticusq; ianuās, & ipsum ad septum aule
Statuit reclinans. sceptrum autem imposuit manu.
Et ipsum uociferans uerba uelocia allocutus est.
Hic nunc sede canesq; suesq; expellens.
Ne autem tu hospitum, & pauperum dominus sis
Malus existēs: necubi aliquid malū & maius accipias.
Dixit. & circum humeros indecentem iecit peram
Dense fractam: in autem tortum erat lorum.
Iterū autē hic in pauimētū iēs desedit. hi autē iuerūt intro
Suauiter ridentes, & allocuti sunt uerbis.
Iupiter tibi det hospes, & immortales Dei alij
Quodcumq; maximē uis, & tibi dilectum est animo,

Qui hunc insatiabilem mendicare sedasti
In populo. cito enim ipsum reducemus in terram
In Echetum Regem hominum pessimum omnium.
Sic dixerunt. gaudius est autē gloria diuinus Vlysses. Vlysses ob ui
Antinous autem ei magnum uentrem apposuit etoria lauda=
Plenum pinguedineq; & sanguine. Amphinomus tus dona ac=
Panēs ex canistro duos apposuit eleuans: cipiit à p̄cis.
Et poculo aureo ostendit uociferauitq;
Salue pater, o hospes. fiat tibi sicut antea
Opulentia. at quidem nunc malis teneris multis.
Hunc autē respondens, allocutus est prudens Vlysses.
Amphinome certe ualde uideris prudens esse.
Talis enim & patris, quoniam gloriam bonam audiui
Nisum dulichium bonum esse diuitem.
Ex hoc te dicunt natum esse: prudētī autē uiro similis es.
Propter hoc tibi dico tu autem intellige & me audi.
Nihil imbecillius terra nutrit homine
Omnium. quæcumq; terram inspirantq; & serpunt.
Non quidē enim unquā dicit malū passurū eē in futurū,
Quousq; uirtutem præbeant Dei, & genua mouentur.
Sed quando iam & mala Dei beati perficiunt,
Et hæc suffert nolens patienti animo.
Talis enim mens est terrestrium hominum
Qualem quotidie ducit pater uirorumq; Deorumq;
Etenim ego quondam cogitabam in uiris beatus esse:
Multa autem iniusta feci ui, & robori obediens
Patri meo confidens, & meis fratribus:
Quo non aliquis omnino uir iniustus sit.
Sed hic silentio dona Deorum habeat quodcumq; dent
Qualia uideo procos iniusta cogitantes

De hominis
fragilitate.

Vlysses Am=
phinomum
præmonet in
fortunij.



O D Y S S E A E

Possessiones consumentes, & inhonorantes uxorem
Viri. quem non amplius dico amicis & patria terra
Diu absore. ualde autem propè. sed te Dæmon
Domum subducatur: ne obuiet illi
Quando redibit dilectam in patriam terram.
Non enim sine cruore diuidi puto
Procos, & illum postquam in adem uenerit.
Sic dixit. & libans bibit dulce uinum.

Iterū autē in manibus posuit poculū ornatori popularū.
At hic iuit per domum dilectam cruciatus cor
Quatiens caput. iam enim malum augurabatur animus.
Sed neq; sic fugit mortem. impediuit at̄ hūc Minerva
Telemachi à manibus & hasta fortiter interfici.
Rursum autem iterum sedit in sede unde sederat:
Huic autem in mentibus posuit Dea casta Minerva
Filie Icarij prudenti Penelope
Proci apparere: ut extenderet maxime
Animum procorum, & honorata fieret
Magis à uiroq; & filio, quàm antea erat.
Inusitatè autem risit: uerbumq; dixit, denominauitq;
Eurynome animus mihi cupit non antea

Penelope ad
procōsitura,

Proci apparere inuisis licet tamen.
Filio autem dicam uerbum quod perutile erit
Non omnia Proci superbis conuersari,
Qui bene quidem dicunt, male autem retro cogitant.

Eurynome Pe
nelope mini-
stra.

Hæc at̄ rursus Eurynome gubernatrix ad uerbū dixit.
Ita iam hæc omnia filia secundum decens dixisti.
Sed uade & tuo filio uerbum dic. neq; occulta,
Corpus lauans & ungens genas.
Neq; sic lachrymis irrigata circum faciem

Σ Ε Χ V I I I .

160

Vade: quoniam peius lugere continē semper.
Lam quidem enim tibi filius talis, quem tu maxime
supplicabas Deis nascentem uidere.

Hanc autem rursus allocuta est prudens Penelope.
Eurynome non hæc loquere dolens licet
Corpusq; lauare, & ungere unguento:
Splendorem mihi Dei, qui olympum habitant
Perdiderunt, ex quo ille iuit concavis in nauibus.
Sed mihi Autoenq; & Hippodamiam iube
Venire, ut mihi astent in domibus.

Sola autem non illuc uado ad uiros, uerecundor enim.
Sic dixit. uetula autem è domo exiuit
Nuncians mulieribus, & mouens ire.
Tunc rursus alia cogitauit Dea casta Minerva.
Filie Icarij dulcem somnum defudit,
Dormiuit autē reclinata. soluta sunt autē ei membra oīa
Illic in lecto. tunc igitur diuina Dearum
Immortalia dona dedit, ut ipsam admirarentur Achiui.
Pulchritudine quidem ei uultusq; bene purgavit
Immortali, quali bene coronata Venus
Vngitur quando ibat chorū in amabilem.

Et ipsam longiorem & pinguiorem fecit uideri:
Albiorem autem ipsam fecit secto elephante.

Hæc quidem sic factens abiuit diuina Dearum.
Venerunt autem famulæ albæ ulnis ex domo
Voce uenientes. hanc autem dulcis somnus dimisit:

Et absterfit manibus genas, clamauitq;.

Certe me ualde grauiter patientē mollis somnus coopuit.
Vitam mihi sic mollem mortem daret Diana casta
Etiam nunc. ut non amplius lugens per animum

Proci miran-
tur Penelo-
pes pulchri-
tudinem.



Discernunt magnam contentionem grauis belli.
Ideo nescio si me remittet Deus: an captus ero
Illic in Troia. tibi autem hic omnia curae sint.
Recordari patris & matris in domibus
Sicut nunc, uel etiam magis me procul existente.
At postquam iam filium barbatum uidebis
Te nubere cui uis tuam domum relinquens.

Ille sic dixit, haec iam nunc omnia perficiuntur.
Nox autem erit, quando iam odiose nuptiae obuiabunt
Perdita mei, cuius iupiter beatitudinem abstulit.
Sed haec grauis dolor cor & animum cepit.
Procorum non haec iniustitia antea coram me facta est,
Qui bonamq; mulierem & diuitis filiam
Capere uxorem uolunt: & inter ipsos contendunt.
Idem ipsi abducunt boues & pingues oues:
Sponse conuiuium amicabile, & splendida dona dant.
Sed non alienum uictum impune edunt.

Sic dixit. letatus est autem pertolerans diuinus Ulysses.
Quonia horu quide dona attrahebantur, mulcebat autem
Suauibus uerbis: mens autem eius alia cogitabat.
Hac aut rursus Antinous allocutus est Eupitheia filium.
Filia Icarij prudens Penelope
Dona quidem quicumq; uoluerit Achiuorum huc ferre
Suscipe, non enim bonum reuere dationem est.
Nos autem neq; in opera ante imus, neq; alio
Ante te alicui nubere Achiuorum quicumq; optinuit.

Sic dixit Antinous, his autem placuit sermo.
Dona autem portare praemisrunt praconem singulata.
Penelope. Antinoo quidem portauit magnam perpulchram uespem
Variam: intus autem erant fibulae duodecim omnes

Aureae iuncturis bene flexibilibus congruentes.
Monile autem Eurymacho peruariu statim portauit
Aureum electris fulgens Sol sicuti.

Inaures autem Eurydamanti duo serui portauerunt
Perspectabiles laboratas: gratia aut splendebat multa.
Ex autem Pisandro Polytoride Rege
Monile portauit seruus perpulchrum ornamentum.

Aliud aut alius donum Achiuorum pulchrum dedit.
Hec quide postea ascendit superiora diuina mulieru:
Hanc autem simul famula portabant perpulchra dona.

Hi autem in saltationem & suauem cantum
Versi delectabantur: maserunt aut in uesperum uenire.
His autem delectantibus nigrum uesper ingressum est,
Statim lampades tres statuerunt in domibus

Ut lucerent: circum autem ligna arida posuerunt
Sicca diu ualde dura nuper scissa are.

Et lampadas miscuerunt uicissim demonstrarunt
Famulae Ulyssis miseri. at hic his

Ipse generosus locutus est prudens Ulysses.
Famulae Ulyssis diu absentis Regis

Ue ad domos, ubi ueneranda Regina:
Hanc autem apud lanas uertite, delectate autem ipsam

Sedentes in domo: uel lanas aptate manibus.
At ego his lumen omnibus praebeto,

Quidem uoluerint bonae sedis Auroram expectare,
Non me uincant: perpiciens autem ualde sum.

Sic dixit. haec aut riserunt: inter se autem aspiciebant.
Hinc turpiter allocuta est Melanthe pulchra genis:

Hinc Dolius quidem genuit, nutriuit autem Penelope,
Filiam autem tanquam nutriuit, dabat aut ludos animo.

Dolius.



Sed neq; sic tenuit dolorem in mentibus Penelope.
Sed hæc Eurymacho mixta est, & amabat.
Hæc Vlyssæm allocuta est contumeliosus uerbis.

Melätho iuratrix lacepsit Vlyssæm.
Hospes miser tu aliquis mentibus percussus es:
Neq; uis dormire æream in domum ueniens,
Vel alicubi in conuentum, sed hic multa dicis
Confidenter multos inter uiros: neq; quid animo

Times, certe uinum habet mentes: uel semper
Talis mens est, qui & uana dicis.
An exultas quod Irum uicisti erratorem,
Ne quis tibi cito Iro melior alius surgat,
Qui te in capite percutiens manibus fortibus
Domo emittat fœdans sanguine multo.

Hanc toruë respiciens allocutus est prudens Vlyssæus.
Certe cito Telemacho dicam canis qualia dicis
Illuc iens: ut te illic per membra incidat.

sic dicens uerbis perterrituit mulieres.
Perrexerunt autem ire per domum: soluta sunt autem sub membris.

Timore dixerunt enim ipsum uera dicere.
At hic apud lampades faciens lumen accensas
Stabat omnes aspiciens, alia autem eius animus
Cogitabat mentibus, quibus non imperfecta fient.
Procos autem non omnino superbos sinebat Minerva
Contumelia teneri demulcente, ut adhuc magis
Ingrediatur dolor corde Laertiadem Vlyssæm.

His autem Eurymachus Polybi filius incepit dicere
Mordens Vlyssæm: risum autem socijs fecit.
Audite me Proci inclytæ Reginae,
Ut dicam quæ me animus in pectoribus iubet.
Non sine Deo hic uir Vlyssæm in domum uenit.

Tamen mihi uidetur fascellarum splendor esse ipsius
Capitis: quoniam non ei sunt capilli neq; pauci.

Dixit: simulq; allocutus est Vlyssæi urbium destructorē.
Hospes nunquid uis seruire si te suscipiam
Ægri in extremitate: merces autem tibi sufficiens erit:
Sepesq; colligens, & arbores longas plantans.

Illic autem ego panem quidem continuum dabo:
Vestimenta q; circuminduam: pedibusq; calciamēta dabo.
Sed quoniam igitur iam opera mala didicisti, non uoles
Opus inire: sed cadere in populum

Vic: ut possis pascere tuum uentrem in satiabilem.
Hunc autem respondens, allocutus est prudens Vlyssæus.

Eurymache, si enim nobis contentio operis esset
Tempore in uerno, quando dies longi sunt,
In herba falcem quidem ego bene flexam haberem:

Et autem tu talem haberes, ut experiremur opus
Iuui usq; ualde ad tenebras: herba autem adesset.

Si autem rursus & boues essent impulsæ, qui optimi
Pinguës magni ambo saturati herba

Coetanei equaliter portantes quorum robur non minutum:
Aratrum autem esset, obediatur autem gleba aratro.

Tunc me uideres si sulcum longum profcindere.
Si autem rursus & bellum alicubi moueret Saturnius

Hodie, & mihi scutum esset, & due lanceæ,
Et galea tota ærea in temporibus congruens:

Tunc me uideres primis in pugnatoribus mixtum.
Neq; mihi uentrem improperans diceres.

Sed ualde iniuria afficis, & tibi mens crudelis,
Et aliquo modo quidam uideris magnus esse & fortis,

Quoniam cum paucis, & non bonis conuersaris.



O D Y S S E Æ

Si autem Vlysses ueniret & applicaret in patriâ terrâ:
Statim tibi porte, & late existentes
Fugienti arctarentur per è uestibulo foras.

Sic dixit. Eurymachus autem iratus est animo magis:
Et ipsum toruè intuens uerba uelocia locutus est.
Ah miser, certe cito tibi perficiam malum qualia dicis
Confidenter multos inter uiros, neq; quid animo
Times: nunquid te uinû habet mentibus? an tibi semper
Talis mens est, qui & uana dicis?
Aut exultas quòd Irum uicisti scurrâ.

vlysses Eurymach^o sca bello petit.
Sic uociferans scabellum accepit, at Vlysses
Amphinomi ad genua desedit Dulichij
Eurymachum timens. hic aut pincernâ percussit manu
Dextra: gutturnium autem humum sonuit cadens.
At hic plorans cecidit resupinus in pulueribus.
Proci autem tumultuati sunt in domibus umbrosis.
Sic autem aliquis dixit aspiciens propinquum alium.

Vtinam debuisset hospes errans alibi perire
Ante uenire: quo non tantum strepitum misisset.
Nunc aut de paupere contendimus. nò aliqua cõuiuij
Boni est uoluptas: quoniam peiora uincunt.

His autem & dixit uis Telemachi.
Mali insanitis, & non aliquid occultatis animo
Cibum, neq; potum, Deorum aliquis uos concutat.
Sed bene conuiuati dormite domum euntes
Quando animus iubet: cogo autem non aliquem ego.

Sic dixit. hi aut omnes mordicus in latris applicatos
Telemachum admirabantur, qui audacter locutus est.
His amphinomus concionatus est, & dixit
Nisi illustris filius Aretiadæ Regis.

Σ

XVIII.

164

O amici non autem aliquis in dictum iustum
Contrarijs uerbis mordens seuiat:
Neq; hospitem uerberate: neq; aliquem alium
Famulorum, qui sunt in domibus Vlyssis diuini.
Sed age pincerna incipiat poculis,
Ut libantes dormiamus domum euntes,
Hospitem autem sinamus in domibus Vlyssis
Telemacho curæ esse: huius enim dilectâ peruenit domû.
Sic dixit, his autem omnibus placitum uerbum dixit.
His crateram miscuit Muliis heros
Præco Dulichius, famulus autem erat Amphinomi.
Distribuit autem omnibus ritè, hi autem Deis
Libantes beatissimos biberunt dulce uinum.
At postquam libarunt, biberunt quatum uoluit animus:
Perrexerunt ire dormituri suas ad domos unusquisque.

ARGVMENTVM. T. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Cum Telemacho expositionem facit armorum Vlysses. Et ad Penelopen ex Creta esse respondet. Fit autem ipse per cicatricem agnitio ad Eurycleam pedes ipsius lauante. Et per transgressionem poeta dicit, quod in Parnaso percussus est ab apro.

X iij

ODYSSEAE. T. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Tas autem, agnoscit ex cicatrice uetula Vlysses.



THIC in domo remansit diuinus
Vlysses,
Proci cadem cum Minerva cogi-
tans.
Statim autem Telemachum uerba au-
locia allocutus est.

Telemache oportet arma bellicosa deponere intus
Omnia ualde. at procos mollibus uerbis
Alloquere: quando à te inquirent cupientes.
Ex fumo deposui: quoniam non his similia sunt
Qualia quondã ad Troiã profisciscens reliquit Vlysses:
Sed consumpta sunt quantum ignis iuit flatus.
Adhuc aut̃ mihi & hoc maius in mentibus posuit Saturnus
Ne ebriati contentionem statuentes in uobis
Inter uos uulneretis, deturpetis autem conuiuium,
Et sponsalia ipsum enim attrahit uirum ferrum.
Sic dixit. Telemachus autem dilecto obediuit patri.
Extra autem uocans allocutus est nutricem Eurycleam.
Nutrix eia iam ne excludas in Atrijs feminas,
Donec iam ad thalamum concludam arma patris
Bona, quæ mihi in domo neglecta fumus denigrat
Patre abeunte. ego autem adhuc paruulus eram.
Nunc autem uolo deponere ut non ignis eat flatus.
Huc aut̃ rursus allocuta est dilecta nutrix Euryclea
Vtinam enim iam tandem fili prudentiam suscipias

Domum curare, & res omnes seruare.
Sed age, quis tibi postea simul ueniens lumen portabit?
Famulas autem non sinis adire quæ luminent.
Hic aut̃ rursus Telemachus prudens contra locutus est.
Hospes hic: non enim ociosum tolerabo, qui meum
Semimodium comedit & longè ueniens.
Sic autem dixit. huic autem firmum fuit uerbum.
Clasit autem ianuas domorum bene habitatarum.
Hi autem festinantes Vlysses & illustris filius
Intro portauerunt galeasq; & scuta umbiculosa,
Lanceasq; acutas: ante autem Pallas Minerva
Auream lucernam tenens lumen perpulchrum faciebat.
Iam tunc Telemachus allocutus est suum patrem statim.
O pater certè magnum miraculum hoc oculis uideo.
Tamen mihi parietes domorum pulchræq; sedes,
Abiegnæq; trabes, & columnæ altitudinem habentes
Lucent oculis tam igne ardente.
Certe ualde aliquis Deus intus qui celū latum habitat.
Hic autem respondens, allocutus est prudens Vlysses.
Tace & tuam mentem retine: neq; interroga.
Hec iustitia est Deorum, qui olympum habitant.
Sed tu quidem dormi. ego autem remanebo hic:
Ut item famulas & matrem tuam irritem:
Hec me dolens interrogabit separatim singula.
Sic dixit. Telemachus autem ex domo discedit.
Dormiturus in cubiculum lampadibus lucentibus:
Vbi antea dormiebat, qñ ipsum dulcis somnus capiebat.
Illic igitur & tunc dormiuit, & Auroram expectabat.
At hic in domo relictus est diuinus Vlysses
Proci cadem cum Minerva cogitans.

Domus Tele-
macho instar
ardentis flam-
me apparet



Hæc autem ibat ex thalamo prudens Penelope
Dianæ similis, uel aureæ Veneri.
Huic apud quidē sedē ignē deposuerūt (illuc autē sedebat)
Rotundam ebore & argento, quam quondam faber
Fecit Ionalius: & sub scabellum pedibus misit
Aptum ex ipsa ubi magnam iniecit pellem.
Illuc sedit postea prudens Penelope.
Venerunt autem famulæ albæ ulnis ex domo:
Hæc autē longē quidē panē multū asportauerūt & mēsas,
Et pocula unde Proci superbi biberant.
Ignem autē à faculis ad terrā iecerunt, alia autē supra ipsas
Congregarunt ligna lumen esse & comburi.

Melantho mi
natur Vlysi
uerbera nisi
abeat domū.

Hæc autem Vlysi dixit Melanthe secundo rursus.
Hospes adhuc & nunc huc uenisti per noctem
Conuersans in domo: aspicias autem mulieres.
Sed exi foras miser, & conuiuio iuuaberis:
Vel cito & torre percussus ibis foras.
Hanc autē toruē aspiciēs, allocutus est prudēs Vlyssēs.
Mala cur me sic inuehis irato animo?
Nūquid quod sordeo mala autē corpori uestimēta dantur?
Mendico autem in populo: necessitas enim urget.
Tales pauperes & erratores uiri sunt.
Etenim ego quondam domum in hominibus habitauī
Beatus diuitem & sepe dedi erratori
Tali qualis esset, & qui alicuius indigens ueniret.
Erant autem serui ualde multi, aliāq; multa,
Quibus bene uiuunt, & diuites uocantur:
Sed Iupiter destruxit Saturnius: uoluit enim.
Ideo nunc ne aliquando & tu mulier longē oēm perdas
Letitiam, qua nunc inter ancillas ornata es,

Ne tibi aliquo modo domina irata seuiat,
Vel Vlysses ueniat, adhuc enim & spei parca.
Si autē hic quidē omnino perijt, & nō amplius reditus est:
Sed iam filius talis Apollinis consilio
Telemachus: hunc autē nulla in domibus mulierum
Lates incepte agens, quoniam non amplius talis est.
Sic dixit. hunc audiuit prudens Penelope.
Ancilla autē allocuta est, uerbumq; dixit, denominauitq;
Omnino audax canis intrepida non me lates
Faciens magnum opus quod tuo capiti refringes.
Omnino enim bene scis, quoniam à me audiisti ipsa,
Quod hospitem curabam in domibus meis
Circa maritum interrogare, quoniam frequenter tristior.
Dixit. & Eurynomen gubernatricē ad uerbum dixit.
Eurynome porta iam sedem, & pellem in ipsa,
Ut sedens dicat uerbum, & audiat
Hospes me: uolo autem ipsum interrogare.
Sic dixit. hæc ualde festinanter deposuit portans
Sedem bene politam, & in ipsa pellem iecit:
Illuc sedit postea multum tolerans diuinus Vlysses.
His autem uerbis inceptit prudens Penelope.
Hospes, de hoc quidem te primū ego interrogabo ipsa.
Quis: unde es uirorumq; ubi tibi ciuitas & parentes
Hanc autē, respondens allocutus est prudens Vlysses.
& mulier non aliquis te hominum in infinita terra
Contendat, certe enim tua gloria cælum latum peruenit.
Sicut alicuius certē Regis strenui, qui deum colens
Uiris in multis, & fortibus regnans
Fertitas extendit, fert autem terra nigra
Tritica & hordea: grauantur autem arbores fructu:

Penelopes et
Vlyssis igno-
ti colloquū.



Pariunt autem firma pecora: mare autem prebet piscem
 Ex felicitate uirtutem exercent autem populi sub ipso.
 Ideo me nunc hæc quidem alia inquire tua in domo.
 Ne meum interroga genus & patriam terram:
 Ne mihi magis animum impleas doloribus
 Recordati ualde at sum psuspiriosus. neq; aliqd me deceat
 Domo in aliena lugentemq; flentemq;
 Esse: quoniam peius lugere ualde semper.
 Ne aliqua mihi ancillarum irascatur uel tu ipsa.
 Dicat at lachrymas spargere grauatū me mētibus uiuio.
 Huic autem respondit postea prudens Penelope.
 Hospes certe quidem meam uirtutem speciemq; corpūq;
 Perdiderunt immortales. quando illum iniuerunt
 Argiui. cum his autem meus maritus iuit Vlysses.
 Si ille ueniens hanc meam uitam gubernaret
 Maior gloria esset mea: & melior sic.
 Nunc autem doleo tot enim mihi filauit mala fortuna.
 Quicumq; enim insulis dominantur optimi
 Dulichioq; Sameq; & sylvosæ Zacyntho
 Quiq; ipsam ithacam temperatam pascuntur:
 Hi me nolentem petunt uxorem. pilant autem domum.
 Ideo neq; hospites curo. neq; supplicatores,
 Neq; præcones qui publice operarij sunt.
 Sed Vlysses desiderans dilecto in liquefio animo.
 Hi autem nuptias festinant. ego autem dolos cogito.
 Vestem quidem mihi primum inspirauit mentibus Deum
 Statuenti magnam telam in domibus texere
 Tenuem & immensam. statim autem ipsis dixi.
 Iuuenes mei proci. quoniā mortuus est diuinus Vlysses.
 Expectate festinantes has meas nuptias. donec uestem

Penelope nar
 rat hospiti
 Vlysi ut pro
 cos sefellert.

Perficiam. ne mihi uana fila pereant
 Laerti heroi sinestem quando ipsum
 Parca perniciofa capiet ualde dormientis mortis.
 Ne aliqua mihi in populo grecarum irascatur,
 Si sine ueste iacet multa possidens.
 Sic dixi. his autem persuasus est animus superbus.
 Tunc quotidiana quidem texebam magnam telam.
 Noctes autē resoluebam: postquā lampades apponebam.
 Sic triennium quidem latui ego & persuasi Achiuos.
 Sed quando quartus uenit annus, & uenerunt horæ
 Mensibus corruptis. circum autem dies multi perfecti.
 Et tunc iam me propter famulas canes non curantes
 Acceperunt ingredients, & minati sunt uerbis.
 Sic hanc telam perfeci & non uolēs à necessitate.
 Nūc autē neq; effugere possum nuptias. neq; aliquid aliud
 Consilium inuenio. ualde autem festinant parentes
 Nubere. egre ferebat autem filius uictum edentibus
 Cognoscens. iam enim uir qualisq; magnusq;
 Domum curare: huicq; iupiter gloriam prebet.
 Sed & sic mihi dic tuum genus unde es.
 Non enim à quercu es antiqua. neq; à petra.
 Hanc autem respondens allocutus est prudēs Vlysses.
 O uxor uenerabilis Laertiade Vlyssis.
 Non amplius cessabis meum semen interrogans?
 Sed age tibi dicam. certe quidem me doloribus dabis
 Pluribus quā teneor. certe enim poena. quando patria
 tua abest uir tanto tempore. quanto ego nunc
 Multas hominum ad ciuitates errans dolores patiens.
 Sed & sic dicam quodcumq; me interrogas & inquiris.
 Creta quadam terra est medio in nigro ponto

Penelope q̄
 rit ex hospiti
 te genus



O D Y S S E A E

Descriptio
Creta, unde
Vlysses fin-
git se orium-
dum.

Pulchra & pinguis circum fluibilis: in hac aut hominum
Multi infiniti, & nonaginta ciuitates.
Alia autem aliorum lingua mixta: in ipsa quidem Achium
In autem Teocretes magnanimi. in autem Cydones:
Dorensesq; Trichates, diuiniq; Pelasgi.
His autem in Gnosos magna ciuitas: ubi Mimos
Nouennis regnauit Iouis magni conuersator,
Patris mei, pater magnanimi Deucalionis.
Deucalion autem me genuit, & Idomeneum Regem.
Sed hic quidem in nauibus rostratis Ilium ad
Iuit simul cum Atridis. mihi aut nomen inelytu Acthon
Iunior natu. hic autem prior & melior.
Illic Vlysses ego uidi, & hospitia dedi:
Etenim hunc ad Cretam deduxit uis uenti
Euntem ad Troiam percutiens Maleorum.
Statuit autem in Amniso, ubi spelunca Lucina
In portibus difficilibus. uix autem fugit procellas.
Statim aut Idomeneum interrogabat ad ciuitatem ueniens:
Hospitem enim ipsum dicebat dilectumq; eum reuerentumq;
Huic autem iam decima, uel undecima fuit Aurora
Eunti cum nauibus rostratis Ilium intro.
Hunc quidem ego ad domos ducens bene hospitatus sum,
Accuratè diligens multis in domo existentibus.
Et ei his alijs socijs, qui simul ipsum sequebantur
A populo farinas dedi, & nigrum unum congregans,
Et boues sacrificare, ut impleret animum.
Illic duodecim quidem manserunt dies diuini Achium.
Flabat enim Boreae uentus magnus: neq; in terra
Sinebat stare, saeuus autem aliquis mouebat Deus.
Ipsa aut tertiadecima die uetus cecidit: hi aut ascenderunt

Dixit mendacia multa dicens ueris similia.
Hac aut iam audiente fluebant lachrymae, liquefiebat autem
Sicut autem nix liquefit in altis montibus (corpus:
Quam Eurys liquefecit postquam Zephyrus desusus est:
Liquefacta autem igitur hac fluuij implentur fluentes.
Sic huius liquefiebant pulchrae generae lachrymantis,
Fientis suum uirum assidentem. at Vlysses
Animo quidem lugentem suam miserabatur uxorem.
Oculi autem tanquam cornua stabant uel ferrum
Tacite in palpebris. dolo autem hic lachrymas occultabat.
Hec aut postquam satiata multarum lachrymarum luctu,
Uerum ipsum uerbis respondens, allocuta est.
Nunc iam te hospes puto tentasse,
Si uere iam illic cum diuinis socijs
Hospitans in domibus meum maritum sicut dicis:
Dic mihi qualia, quae circa corpus uestimenta idutus erat,
Ipse qualis erat, & socios qui ipsum sequebantur.
Huic autem respondens, allocutus est prudens Vlysses.
O mulier difficile tanto tempore seorsum existentem
Dicere iam enim ei uigessimus annus est
Ex quo illinc iuit, & mea abiit patria.
At ego dicam sicut mihi uidetur animo.
Vestem purpuream subtilem habebat diuinus Vlysses
Duplicem: at ei fibula auro facta erat
Foraminibus duplicibus, ante autem uaria erant.
In prioribus pedibus canis habebat uarium hinnulum
Trementem uidens: hoc autem admirabantur omnes.
Similiter hi aurei existentes, hic quidem uidebat hinnulum suffo
At hic effugere promptus palpitabat pedibus. (cas:
Huic autem interulam intellexi circa corpus splendida



Quale cepæ folium in ischaleo.
Sic quidem erat mollis: splendida autem erat Sol ficut.
Certè quidem multæ ipsum admirabantur mulieres.
Aliud autem tibi dico, tu autem in mentibus pone tuis.
Nescio si hæc indutus fuerit circa corpus domi Vlysses.
An aliquis sociorum dederit ueloci in naui eunti,
An aliquis alicubi & hospes, quoniam multis Vlysses
Fuit amicus: pauci enim Achiuorum erant similes.
Et ei ego arcum ensem, & duplicem dedi
Pulchram purpuream, & talare chitonem:
Honoratè autem dimisi bene tabulata in naui.
Et quidem ei præco paululum maior ipso
Sequebatur, & hunc tibi dicam qualis erat.
Gibbosus in humeris, magni corporis, crispo capite.
Eurybates aut nomē fuit: honorabat aut ipsum eximie
Suorū sociorū Vlysses, quod mētibus equalia sciebat.
Sic dixit. huic aut adhuc magis desyderiū mouit luctus.
Signa agnoscenti, quæ ei firma dixit Vlysses.
Hæc aut postquā igitur satiata est multum lachrymatus.
Et tunc ipsum uerbis respondens, allocuta est.
Nunc quidem iam mihi hospes antea existēs miserabilis.
In domibus meis, amicusq; cris, honorabilisq;.
Ipsa enim hæc uestimenta ego præbui qualia dicis,
Plicans ex cubiculo, fibulamq; imposui lucidam
Illi ornamentum esse, hunc autem non suscipiam retro
Domum redeuntem dilectam in patriam terram.
Ideo mala parca concaua in naui Vlysses
Iuit inspecturus malam Troiam non nominabilem.
Hanc autem respondens allocutus est prudens Vlysses
O' uxor ueneranda Laertiade Vlyssis,

Eurybates
præco vlyssis

Non amplius nunc corpus pulchrum destrue, neq; animū
Liquescat urum lugens, reprehendo quidem nihil.
Nec enim aliqua alienum luget urum perdens
Iuueniculum cui filios peperit amicitia mixta,
Quanto magis Vlysses quem dicunt Deis similem esse.
Ad luctu quidem cessa, mei autem intellige uerba.
Nec enim tibi loquar, neque occultabo.
Iam iam Vlysses ego circa reditum audiui
Propè Thespertos uiros in pingui populo
Natum: at ducit thesauros multos & bonos
Necens in populo: at amabiles socios
Perdidit, & nauem concauam in nigro ponto
Trinacria ab insula ueniens irati sunt enim ipsi
Iupiterq; & Sol: huius enim boues interfecerunt socij.
Ipsa quidem omnes perierunt undoso in ponto.
Hanc autem in carina nauis iniecit unda in continentem
Phæacum in terram, qui diuini geniti sunt.
Ipsa aut ipsum supra animam Deum tanquam honorabat,
Ipsa ei multa dederunt: mittere ipsum uolissent ipsi
Domum illesum & diu huc Vlysses
Miserisset sed ei hoc utilius usum est animo
Nec congregare multam in terram enim.
Ipsa circa astutias multas mortalium hominum
Inuenit Vlysses, neq; aliquis contendat homo alius.
Ipsa mihi Thespertorum Rex locutus est Phedon.
Ipsa ait autem ad me ipsum sacrificans in domo
Ipsa nauem detraxisse, & præparatos esse socios.
Ipsa autem ipsum mittent dilectam in patriam terram.
Ipsa me prius misit, contigit enim ueniens nauis
Ipsorum Thespertorum in Dulichium multi frumenti.
Hom. Odyß. Y



O D Y S S E Æ

Et mihi res ostendit quas eunq; congregauerat Vlysses.
Et in tertiam generationem alterum adhuc pascerent.
Quaecunque ei in ædibus opes iacent Regis.
Hunc autem in Dodonem dicebat ire, ut Dei
Ex quercu alta Iouis consilium audiret,
Quomodo rediret dilectam in patriam terram
Iam diu absens uel manifestè, uel clàm.
Sic quidem hic est saluus, & ueniet iam
Propè ualde non amplius longè ab amicis & patria terra
Diu aberit, tamen autem tibi iuramenta dabo.
Sciat nunc Iupiter primū Deorum eximius & optimus,
Domusq; Vlyssis strenui quam peruenit:
Certe tibi hæc omnia perficientur sicut dico.
Hoc autem ipso anno ueniet huc Vlysses,
Hoc quidem corrupto mense, hoc autem stante.
Hunc autem rursus allocuta est prudens Penelope,
Vtinam enim hoc hospes uerbum perficiendum esset.
Quo cito cognoscres amicitiamq; multaq; dona
Ex me, ut aliquis te obuians beatum dicat.
Sed mihi sic in animo putatur sicut erit.
Neque Vlysses amplius domum ueniet, neque tu pompa
Ornatus eris, quoniam non tibi signatores sunt in domo
Qualis Vlysses fuit inter uros si unquam fuit
Hospites honoratos dimittere & suscipere.
Sed ipsum famule lauate, & ponite lectum
Stramenta, & lenas, & cooperimenta splendida,
Ut bene calefactus aureæ sedis Auroram perueniat.
Mane autem ualde mane lauate, ungitèq;
Ut intus apud Telemachum cœna curetur
Sedens in domo. huic autem dolorosius, qui illorum

T R I X.

170

Hunc tristitia afficiet perniciosus, neq; aliquod opus
Hic amplius faciet ualde quamuis iratus grauius.
Quomodo enim me tu hospes scies siquid mulierum
Aliarum circumeo mentem, & prudens consilium,
si ueste carens, malè indutus in domibus
Conuiuiaris homines autem parum durantes sunt.
Qui quidem sæuus ipse erit, & crudelia sciet,
Huic autem maledicent omnes homines doloribus à tergo
Viuorut mortuo maledicent omnes.
Qui autem bonus ipse erit, & bona sciet,
Huius quidem gloriam letam hospites ferent
Omnes in homines: multiq; ipsum bonum dicent.
Hanc autem, respondens, allocutus est prudens Vlysses.
& uxor ueneranda Laertiade Vlyssis
Certè mihi indumenta, & cooperimenta splendida
Odio fuerunt, quando primum Cretæ montes niuales
Reliqui in nauī proficiscens longas remos habenti.
Dormio sicut antea in somnes noctes dormiebam,
Multas enim noctes indecenti in domo
Dormiui, & expectaui bonæ sedis Auroram diuinam:
Neque mihi peluis pedum amabilis in animo
Est, neque mulier pedem tanget nostrum
Harum, quæ domo in ministræ sunt,
Nisi aliqua uetula est antiqua prudentia sciens,
Quæ tolerauerit tot mente, quot ego:
Huic non inuideo pedes tangere meos.
Hunc autem rursus allocuta est prudens Penelope,
Hospes dilecte, non enim aliquis utr prudens sic
Hospitum peregrinorū amicitiam meā peruenit domum,
Sic ut tu ualde bene desideranter prudentia omnia dicis.



O D Y S S E A E

Est autem mihi anus prudentia mente consilia habens,
Que illum infelicem bene nutriuit, & cibauit
Suscepiens manibus, quando ipsum primū peperit mater,
Que tibi pedes lauabit debilis existens tamen.

Accersitur Euryclea ut hospitis corpus lauet.
Laua tui Regis coætaneum, & Vlysses
Iam talis est, talis autemq; manus.
Statim enim in malo homines senescunt.

Sic dixit. uetula autem detinebat manibus uultum.
Lachrymas aut̄ emisit calidas, uerbū aut̄ luctuosum dixit.
Hei mihi ego tui filii debilis. certē te supra Iupiter
Homines odit Deum colentem animum habentem.
Non enim aliquis tot hominum Ioni delectanti fulmine
Pinguia crura combussit, neq; electas hecatombas
Quot tu huic dedisti, precans usque ire faciat
Ad senectutem maturam, nutriasq; illustrem filium.
Nunc autem sic tibi omnino abstulisti rediendi diem.
Sic alicubi illi illudunt mulieres
Hospitum peregrinorum, qñ ad inclytas domos peruenit.
Sic tibi senex canes hęc illudunt omnes:
Harum nunc cōtumeliam & turpitudines multas fugies
Non sinebas lauare me autem non inuitam iubet
Filia Icarij prudens Penelope.
Ideo tibi pedes lauabo, simulq; ipsius Penelopes
Et tui gratia, quoniam mihi mouetur intus animus
Doloribus, sed age nunc intellige uerbum quod dicam.
Multi autem hospites miseri huc peruenerunt:
Sed nondum aliquem dico similem sic uidisse,
Sicut tu corpore, uoceq; pedibusq; Vlysi similis es.
Hanc respondens, allocutus est prudens Vlysses.

T H I X.

471

Uetula sic dicunt quicumq; uiderunt oculis
Nos ambos ualde similes inter nos
Esse, sicut tu ipsa prudens dicis.

Sic dixit. uetula autem lebetem accepit splendidum
Quo pedes lauabat: aquam autem infudit multam
Frigidam: postea autem calidam exhaustit. at Vlysses
Sedit in foco, ad autem tenebram uersus est statim:

Abito enim in animo cogitauit ne ipsum accipiens
Cicatricem animaduertret, & manifesta opera fierent.

Lauabat aut̄ propē iens Regē suum: statim aut̄ cognouit
Cicatricem quam aliquando porcus percussit albo dente:

Parnasum autem euntem simul Autolycumq; & filias
Matris suę patrem bonum, qui homines ornabat

Fortiq; iuramentoq; Deus autem ei ipse dedit
Mercurius. huic enim grata crura comburebat

Agnorū & hedorū. hic aut̄ proptus simul sequebatur.
Autolycus autem Ithacę ueniens in pinguem populum

Filium nuper natum inuenit filię suę.
Huic eius Euryclea dilectis in genibus posuit

Cessato cœna: uerbumq; dixit, denominauitq;
Autolyce ipse nunc nomen inueni quod ponas

Filię filio. multum uirtuosus autem tibi est.
Huic autem rursus Autolycus respondit, dixitq;

Gener meus filiaq; ponite nomen quodcumq; dicam.
Multis enim ego in uia madefactus hoc inueni

Viris, & mulieribus supra terram multa pascentem.
Huic Vlysses nomen sit cognomen. at ego

Quando pubescens maternam in magnam domum
Venit Parnasum autem ubi mihi res sunt,

Harum ei ego dabo, & ipsum gaudentem dimittam.

Vlysses agno
scitur ab Eu-
ryclea ex ci-
catricę.

De Autoly-
co Vlysis au-
uo.

Vnde nomen
Vlysi indi-
dit auus



O D Y S S E Æ

Horū gratia uenit Vlysses, ut ei præberet splendida dona.
Hunc quidem Autolyceusq; & filij Autolyci
Manibusq; salutauerunt uerbisq; suauibus.
Mater autem Amphithea matris applicans Vlyssi
Osculatus est ipsum capiteq; & ambobus luminibus pal-
Autolyceus autem filijs iussit gloriosis
Cœnam parare: hi autem mouentem audiuerunt.
Statim autem induxerunt bouem masculū quinquentem,
Quē excoriarūt circumq; gubernabāt, & ipsum fideliū
Minutim incideruntq; sciēter, fixeruntq; ueribus: (Cœna)
Assaueruntq; peritē, diuiseruntq; partes.
Sic tunc quidem toto die in Solem descendentem
Conuiuabantur, neq; animus indigebat conuiuio equali.
Quando autem Sol descendit, & in tenebram iuit,
Iam tunc dormierunt, & somni donum acceperunt.
Quando autem mane genita apparuit rosea Aurora,
Perrexerunt ire in uenationem & canes, ac & ipsi
Filiij Autolyci: cum his autem diuinus Vlysses
Iuit: altum autem montem ascenderunt indutum sylua
Parnasi. cito autem perueniunt concauitates uento sat.
Sol quidem postea nuper percussit arua
Ex tacitē fluenti profundiflūo Oceano.
Hi autē concauitatē perueniunt uenatores, ante autē ipsos
Vestigia scrutantes canes ibant. at retro
Filiij Autolyci, cum his autem diuinus Vly-
Ibat propē canes uibrans longam hastam.
Tunc autem in sylua densa iacebat magnus aper,
Quā quidē neq; uentorū penetrabat uis humida sibi
Neque ipsam Sol lucens radijs percutiebat,
Neque humber penetrabat totaliter, sic densa

· Descriptio
uenationis

Erat: at foliorum inerat fusio ualde multa.
Hunc autem uirorumq; canumq; sonus peruenit pedum,
Sic euntes ibant. hic autem contrarius ex sylua
Horrens bene ceruicem igne autem oculis aspiciens
Stetit ipsos propē. ipse autem primus Vlysses
Iuit eleuans longam lanceam manu forti
Vulnerare propētus. hic autē ipsum præueniēs percussit aper
Genu super: multum autem extraxit carnis dente
Oblique ruens, neq; os peruenit uiri.
Hunc Vlysses uulnerauit in dextro humero.
Ex alia parte transiit lucida lancea cuspis.
Decidit autē in pulueribus sonas: tōge autē uolauit animus,
Hunc quidem Autolycei filij dilecti circum laborabant:
Vulnus autem Vlyssis optimi diuini
Ligauerunt scienter, in incantatione autē sanguinē nigrū
Tenuerunt. statim autē ierunt dilecti ad domos patris.
Hunc quidem Autolyceusq; & filij Autolyci
Bene sanantes, & splendida dona præbentes,
Satim gaudentem dilectam gaudentes miserunt
In Ithacam. hoc quidem pater & ueneranda mater
Gauisi sunt redeunte: & interrogauerunt singula
Cieatricē quācumq; passus sit. hic autē ipsis bñ narrauit,
Sic ipsum uenantem percussit aper albo dente
Parnasum euntem cum filijs Autolyci.
Hanc anus manibus pronis accipiens
Agnouit extergens pedem autem dimisit ferri.
In autem lebece cecidit sura, sonuit autē es. (fusa est aqua.
Rursus uero in partē alterā inclinata est, at in terrā efa-
Huius autē simul gaudiū & dolor inuasit mētē: eius uero
Lachrymis impleti sunt: dulcis uero ipsi hæsit uox. (oculi

Vlysses ad-
huc adolescēs
ab apro uul-
neratus,

Vulnera in-
cātari solita.



Contingens autem mentum, Vlysses allocuta est.

Certe Vlysses es chare fili. neq; equidem te
Prius agnoui, quam totum Regem meum contrectavi.

Quippe & Penelope in inspicit oculis

Indicare uolens dilectum maritum intus existentem.

Hæc autem neq; uidere potuit contraria, neq; cognoscere.

Huic enim Minerva mentem uertit. at Vlysses

Manu palpians guttur cepit dextra.

Ipsa autem altera ipsam propè traxit, dixitq;

Nutrix cur me uis perdes? tu autem me nutritiisti ipsa

Ipsa tuo in ubere. nunc autem dolores multos laborans

Veni uigesimo anno in patriam terram.

Sed postquam intellexisti, & tibi Deus iniecit animo.

Tace. ne quis alius in domibus discat.

Sic enim dico, hoc autem & perfectum erit.

Si mihi Deus interficiet Procos superbos;

Neque nutrice existente te tenebor, quando alias

Fanulas in domibus meis interficiam mulieres.

Hunc autem rursus allocuta est prudens Euryclea.

Fili mi quale uerbum fugit septum dentium?

Scis quidem qualis mea fortitudo firma, neq; subdita:

Tenebo autem sicut quæ aliquid solidus lapis, uel ferrum.

Aliud autem tibi dico, tu autem in mentibus pone tuis.

Si tibi Deus domabit Procos superbos,

Iam tunc tibi narrabo in domibus mulieres,

Quæ te inhonorant, & quæ peccantes sunt.

Hanc autem, respondens, allocutus est prudens Vlysses.

Nutrix cur autem tu has dicis? neq; aliquid te oportet.

Bene & ipse ego intelligam, & cognoscam singularem.

Sed tene silentio uerbum, uerte autem Deis.

Sic dixit. anus autem per domum exiit

Portans lauacra. hæc enim priora effuderat omnia.

Sed postquam lauitq;, & unxit pingui oleo,

Iterum propè ignem traxit sedem Vlysses

Calefaciendus: cicatricem autem pannis cooperuit.

His autem uerbis incepit prudens Penelope.

Hospes hoc quidem tibi adhuc parumper ego dicam ipsa.

Et enim iam somni cito dulcis erit hora:

Quem somnus capit dulcis & dolentem.

Sed mihi & dolorem magnum præbuit fortuna.

Dies quidem enim delector lamentans, lugens,

In mea opera inspiciens, & ancillarum in domo.

At postquam nox uenit, cepitq; somnus omnes,

læco in lecto: den se autem mihi circa ualde cor

Acute cogitationes lugentem destruant.

Sicut autem quando Pandarei filia chloreis luscina

Canit uere nuper stante

Arborum in folijs sedens densis,

Quæ frequenter uertens fundit per sonantem uocem:

Patrum autem lugens Itylum dilectum, quæ quondam ferro

Interfecit per insanas filium Zethi Regis.

Et mihi bifariam animus mouetur huc & illuc.

Uel maneo apud filium, & firma omnia seruo,

Possessionem meam, famulasq;, & altam magnam domum,

Uel tam simul sequor Achiuorum qui optimus

Uere in domibus præbens infinitas dotes.

Uel autem meus quousq; quidam fuit adhuc infans et demes

Uere non me sinebat mariti domum dereliquentem.

Uel autem quæ iam magnus est, & pubertatis mensuram puenit:



Et iam me precatur iterum ire ex domus
 Penelope nar Possessione iratus, quam ei consumunt Achiui.
 rat Vlysi su- Sed age mihi somnium dijudica, & audi.
 um somnium Anseres mihi in domo uiginti triticum edunt
 coniectandū. Ex aqua, & ipsis letor inspiciens.
 Veniens autem ex monte magna aquila curua rostro
 Omnibus in ceruices ruit, & interfecit. hi aut fusi sunt
 Congregati in domibus. hæc aut in æthera diuinū eleuauit
 At ego flebam & lugebam in somnio.
 Circū aut me congregatæ sunt pulchræ crinibus Achine
 Miserabiliter lugētē, quod mihi aquila interfecit anseres.
 Retro autem ueniens desedit in præhabenti domo:
 Voce autem detinuit, uociferantiq;
 Confide Icarij filia ualde inelyti.
 Non somnium: sed uerè bonum quod perfectum erit.
 Anseres quidem proci ego autem auis
 Fui antea: nunc rursus tuus maritus ueni,
 Qui omnibus prociis indecentem mortem immittam.
 Sic dixit. at me dulcis somnus dimisit.
 Aspiciens autem anseres in domibus intellexi
 Triticum comedentes apud Scyphum ubi antea.
 Hanc autem respondens, allocutus est prudens Vlysses.
 O mulier, non aliquo modo est declarare somnium.
 Alio reclinatum: quoniam certè tibi ipse Vlysses
 Dixit aut quomodo perficiet: Prociis aut apparebit eadē
 Omnibus ualde: neq; aliquis mortem & parcas fugiet.
 Hunc autem rursus allocuta est prudens Penelope.
 Hospes certè quidem somnia impotentia, indiscernibilia
 Sunt: neq; quid omnia per se iuntur hominibus.
 Dna enim portæ debiliū sunt somniorum.

Soni portæ.

Vne quidē enim cornibus factæ sunt: alteræ aut ebore.
 Horum qui quidem egressi fuerint per sectum ebur,
 Hi leduntur uerba imperfecta portantes.
 Qui autem per polita cornua eunt foras,
 Hi uera perficiunt hominum quando aliquis uidet.
 At mihi non hinc puto graue somnium
 Venisse certè placidum mihi & filio fiat.
 Aliud autem tibi dico, tu autem in mentibus pone tuis.
 Hec iam Aurora ueniet infamis, quæ me Vlyssis
 Domo ab tenebit. nunc enim deponam certamen.
 Annulos quos ille in domibus suis
 Statuit ordinatim annulos sic duodecim omnes,
 Stans autem hic multum longè iaciebat sagittam.
 Nunc autem prociis certamen hoc immittam:
 Qui autem facillimè extendet arcum in manibus,
 Et per sagittabit annulos duodecim omnes,
 Hunc sequar linquens hanc domum
 Inueniēlem, per pulchram, plenam uictu,
 Cuius aliquando recordari puto in somnio.
 Hanc autem respondens, allocutus est prudens Vlysses.
 O uxor ueneranda Laertiade Vlyssis.
 Non amplius nunc proijce in domibus hoc certamen.
 Ante enim prudens ueniet huc Vlysses,
 Quam hos aliquando arcum bene politum tractantes
 Neruum extendere, per sagittareq; annulum.
 Hunc autem rursus allocuta est prudens Penelope.
 Si uelis mihi hospes a sidens in domibus
 Delectare, non mihi somnus in palpebris fundetur.
 Sed non enim aliquo modo est in somnes esse semper
 Homines. in enim unoquoq; parcam posuerunt



O D Y S S E A E

Immortales mortalibus supra fertilem terram.
Sed certè quidem ego superiora in ascendens
Dormiam in lectum, qui mihi suspiciosus factus est
Semper lachrymis irrigatus, ex quo Vlysses
Iuit uisurus malum Ilium, neq; nominandum.
Illic dormiam: tu autem dormi hac in domo,
Vel humi sternens, uel tibi lectos ponant.
Sic dicens ascendit superiora splendida,
Non sola, cum ea & famule ibant alie.
In autem superiora ascendens cum ancillis mulieribus
Flebat postea Vlysses dilectū maritū, quousq; ei somnum
Dulcem in palpebris iecit cæsa Minerva.

ARGUMENTVM. Y. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Volens interficere Vlysses mixtas proci ancillas, & mixtas
sententia, exinde cum Eumæo, & Philætio disputat. In quo
Procorum fit colloquio.

Y E R E X X.

175

ODYSSEAE. Y. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Ypsilon tonitribus Iupiter audacem fecit Vlysses,
& tenuit Achiuos.



TIPSE in uestibulo dormiuit
diuinus Vlysses:
Subter quidē crudam bouinam strauit:
sed de super
Pelles multas ouium quas sacrificauerant
Achiui.

Euryome autem super indumentum iniicit dormienti.
Illic Vlysses proci mala cogitans in animo
Iacebat uigilans. hæ autem ex domo mulieres
Iecerunt, quæ proci miscabantur antea,
Mutuo risum, & letitiam præbentes.

Vlyssus autem mouebatur animus in pectoribus dilectis:

Multa autem cogitabat in mente & in animo,

An irruens mortem pararet singule,

An sinceret cum Proci superbis misceri

extremo & ultimo, cor autem ei intus latrabat.

Sicut autem canis teneros circum catulos iens

Virum ignorans latrat, prompta estq; pugnare.

Sic huius intus latrabant irati mala opera:

Procius autem percutiens cor increpuit uerbo.

Tolera utiq; cor, & peius aliud aliquando tolerasti

Die quo, quando tibi robore indetentus comedit Cyclops

fortes socios: tu autem ausus es quousq; te prudentia

Eduxit ex antro putantem mori.

Sic dixit in pectoribus morsus dilectum cor.

Vlysses uaria
noctu secum
uersans.



O D Y S S E A E

Huic ualde in passione cor manebat tolerans
Indefinenter. at ipse uertebatur huc & illuc.
Sicut autem quando uentrem uir multo igne ardenti
Plenum pinguedineq; & sanguine huc & illuc
Mouet: ualde autem cito cupit affare.
Sic hic huc & illuc uersus est cogitans
Quomodo iam Procis impudentibus manus immitteret
Solutus existens multis. prope autem ipsum uenit Minerva
Caelitus descendens, corpore autem assimilata erat mulieri.
Stetit igitur super capite, & ipsum ad uerbum locutus est
Cur rursus uigilas omnes supra infortunate uiros.
Domus quidem tibi haec est. uxor autem tibi haec in domo
Et filius, qualem aliquis cuperet esse filium.
Hanc autem, respiciens, allocutus est prudens Vlysses
Certe iam haec omnia Dea secundum decens dixisti.
Sed quid mihi hoc animus in mentibus cogitat
Quomodo iam Procis impudentibus manus imponam
Solutus existens. hi autem semper congregati intus sunt.
Ad autem aliquid & hoc maius in mentibus cogito.
Si quidem enim interficiam Ioueq; teq; nolente,
Quo subterfugiam, hoc autem consultare uolui.
Hunc autem rursus allocuta est Dea caesia Minerva.
Miser & quidem aliquis peiori persuadetur socio:
Tamen mortalis est, & non tot curas uidet.
At ego Dea sum continuè, quae te custodio
In omnibus laboribus. dico autem tibi clarè.
Si quidem quinquaginta agmina diuersilinguū hominū
Nos circum starent interficere prompti Marti:
Et horum expelleres boues & pingues oues.
Sed capiat te & somnus. dolor & custodire

Minerua
Vlysses ani-
mat in pro-
corū caedem

X X

176

Tota nocte uigilantem: malis ab recedes iam.
Sic dixit. & ei somnum in palpebris fudit.
Ipsa autem retro in olympum abiuit diuina Deorum.
Quando hunc somnus cepit soluens curas animi
Soluens membra. uxor autem surrexit prudentia sciens.
Flebat autem in lectis sedens mollibus.
At postquam flens satiata est suo in animo:
Dianae primum supplicauit diuina Deorum.
Diana ueneranda Dea Iouis filia, ut inani mihi iam
Agitam in pectoribus iaciens extra animum capias
Statim nunc, uel postea me discerpens procella
Est portans in obscuras uias,
In ostijs autem iaciat retrogradi Oceani.
Sicut quando Pandari filias susceperunt procellae
His parètes quidem corrumpunt Dei. haec autem relictae sunt
Orphanae in domibus. nutriebat autem diuina Venus
Caseo & melle dulci, & suauis uino.
Uno autem ipsis praee omnibus dedit mulieribus
Spem & prudentiam: magnitudine autem praebuit Diana casta;
Opera autem Minerva docuit incluta operari,
Quando Venus diuina adiuit altum olympum
Puellis petens perfectionem dulcium nuptiarum
Ad Iouem gaudentē fulmine. hic enim bene nouit omnia
Fortunamq; infortunumq; in mortalibus hominibus.
Interim autem puellas harpyiae arripuerunt,
Et dederunt odiosis Brynnibus seruire.
Sic me destruant olympias domos habentes.
Uel me pulchra crinibus percutiat Diana, ut Vlysses
Visura & terram sub odiosam abeam,
Ne autem quid peiori uiro latificem mentem.

Penelope
Dianam pre-
catur

Pandari filiae.



Sed hoc quidem & tolerabile habet malum, qñ aliqua
Dies quidem flet frequenter dolens cor.
Noctes aut̄ sonus habet: hic enim obliuisci facit oēs hoīes
Bonorum & malorum, postquā palpebras amplexus est.
At mihi & in somniāq; immisit mala fortuna.
Hac enim me nocte apud dormiuit similis ipsi
Talis existens qualis iuit cum exercitu, at meum cor
Letatum est, quoniā non dicebā somniū esse, sed uerū tant.
Sic dixit, statim autem aurea sede uenit Aurora.
Huius autem igitur stentis uocē audiuit diuinus Vlysses.
Cogitauit autem postea, apparuit autem ei in animo
Iam cognoscens astare capiti.
Vestē quidē simul capiens, & pelles quibus in dormiebat
In domum deposuit in sede, extra autem bouinam
Posuit foras portās: Ioui aut̄ precatus est manus extollēs.
Iupiter pater si me uolentes in siccamq; & humidam
Duxistis meā in terrā, postq; mihi malefecistis ualde.
Vocem aliquis mihi dicat exercitatorum hominum
Intus, extra autem Iouis monstrum aliud appareat.
Sic dixit precatus, hūc at̄ audiuit cōsiliarius Iupiter.
Statim autem toniuit à splendido olympo
Ab alto ex nebulis, letatus est autem diuinus Vlysses.
Vocem autem è domo mulier prēmisit molendinaria
Propē illic igitur ei mole erant pastori populorum.
His autem duodecim omnes iruebant mulieres
Farinas facientes, & farinas medullam uirorum.
Ille quidem alie dormiebant, postq; triticum moluerant.
Hec aut̄ una nondum cessarat: debilissima aut̄ facta est.
Hec igitur molam statuens uerbum dixit signum Regis.
Iupiter pater qui Deis & hominibus imperas: Certē

Vlysses Iouē
orat.

Dat signum
celo.

Certē ualde tonuisti à celo stellato.
Neq; alicubi nubes est, monstrum cui hoc ostendis.
Perfice nunc, & mihi misere uerbum quod dicam.
Proci postremoq; & extremo die hoc
In domibus Vlyssis capiant conuiuium desiderabile:
Qui iam mihi labore tristi genua soluerunt
Farinas facienti, nunc ultimo coeuent.
Sic dixit, letatus est autem uoce diuus Vlysses
Iouis tonitru, dixit enim punire peccatores.
Ille autem alie famulæ in domos pulchras Vlyssis
Congregatæ accendebant in foco magnum ignem.
Telemachus autem è lecto surrexit diuinus uir
Vestes indutus, circum autem ensē posuit humerum.
Pedibus autem sub fortibus ligauit pulchra calciamenta.
Accepit autem fortem lanceam acutam acuto ferro.
Ictit aut̄ in pauimentum iens, ad aut̄ Eurycleam dixit.
Nutrix dilecta hunc hospitem honorastis in domo
lecto & cibo? an sic iacet neglectus?
Talis enim mihi mater prudens existens
Admirabiliter alterum honorat diuersilinguium hoīum
Minorem hunc autem meliorem in honorans repudiat.
Hunc autem rursus allocuta est prudens Euryclea.
Non ipsam nunc filii in fontem accuso.
Vinum quidem enim bibit sedens donec uoluit ipse:
Cibo aut̄ nō amplius dixit esurire, interrogauit enī ipsum.
Sed quando iam lecti, & somni meminit,
Hec quidem lectos iussit substernere ancillis.
At hic tanquam aliquis oīno ærumnosus, infortunatus,
Uoluit lectis, & in cooperimentis dormire,
Sed in cruda bouina, & pellibus ouium.

Famula proe
digij conie
ctrix.

Telemachus
monet Eury
cleam ne ho
spitem negli
gat.



O D Y S S E A E

Dormiuit in uestibulo: superindumētū autē inieciuit. *Uros.*
Sic dixit. Telemachus autem ex domo transiuit
Lāceā, habēs: simul hūc canes pedibus ueloces sequebātur
Perrexit autē ire in concionem ad fortes Achiuos.
Hæc autem rursus ancillis iussit diua mulierum
Euryclea Opis filia Pisenorida.

Instruitur do- Agite, partim quidem domum ornateq; festinantes,
mus aduētū i- Aspergiteq; in sedibus bene factis tapetes
procorum Iacite purpureos, partim autem spongijs mensas
Omnes abstergite, purgate autem crateras
Et pocula rotunda facta, partim autem ad aquam
Ite, fontemq; & portate cito euntes.
Non enim iam proci aberunt domo:
Sed ualde mane uenient: quoniā & omnibus conuiuium.
Sic dixit, hæc autē igitur hanc ualde quidem audiuerūt &
Hæc quidē uiginti iuerūt ad fontē nigrā aquis (obediuerūt
Aliquæ illic in domo scienter laborabant.
Intro autem uenerunt proci superbi, hi quidem postea
Bene & scienter scindebant ligna, aliæ autē mulieres
Venerunt à fonte, post autem ipsas uenit Subuleus
Tres porcos adducens, qui erant inter omnes optimi:
Et hos quidem siuit in septis bene pascere.
Ipse autem rursus Vlyssēm allocutus est suauibus,
Hospes nūquid igitur aliquid te magis Achiuū inspicit
An te inhonorant in ædibus sicut antea?
Hunc autem, respondens, allocutus est prudēs Vlyssēs,
Vtinam enim iam Eumæe Dei puniant hanc cōtumeliā
Quod hi iniuriantes indecenter operantur
Domo in aliena: neq; pudoris partem habent.
Sic hi quidem talia mutuo loquebantur.

Y

XX.

178

Propē autem ipsos uenit Melanthius custos caprarum
Capras ducens, quæ omnes inter excellēbant greges,
Cenam procis: duo autem simul sequebantur pastores:
Ei has quidem religauit sub porticu ualde sonanti.
Ipse autem rursus Vlyssēm allocutus est conuitijs.
Hospes adhuc & nunc hic tristia afficis in domo
uiros petens: at non exibis foras
Omnino? non amplius nos separari puto
Ante manus gustare: quoniam tu non secundū ornatum
Petis, sunt autem & alia conuiuia Achiuorum.
Sic dixit, hūc autē nō aliqd allocutus ē prudēs Vlyssēs.
Sed tacitus mouit caput mala profundē cogitans:
Hos autē post tertius uenit Philætius princeps uirorū
Bouem sterilem procis ducens, & pingues capras:
Fortiores autem igitur hos duxerunt, qui & alios
Homines mittunt, qui ipsos accedit.
Et hæc quidē igitur religauerunt sub porticu resonanti.
Ipse autē rursus interrogauit Subulcum propē astans.
Quis iam hic hospes nuper uenit Subulce
Nostram ad domum? ex quibus dicit esse
uiris? ubi ei generatio & patria terra:
Infelix, certē similis est corpore Regi imperanti.
Sed Dei submergunt multum errantes homines,
Quando Reges contra filant ærumnam.
Dixit & dextra ostendit manu astans,
Ei ipsum uociferans uerba uelocia allocutus est.
Salue pater ò hospes, fiat tibi tamen in futurum
Opulētia, at quidem nunc malis teneris multis.
Iuppiter pater nullus te Deorum perniciosior alius,
Non misereris uiros postquam iam generasti ipse

Melanthius
insolens ad
Vlyssēm.

Philætius Eu-
meo & Vlyssēs
si.



Dolet ppter
heri infortu-
nium.

ODYSSEAE

Miseri malo & doloribus tristibus
Proprie ut intellexi: lachrymantur mihi oculi,
Recordanti Vlyssis, quoniam & illum puto
Tales uestes habentem inter homines errare,
Sicubi adhuc uiuit, & uidet lumen Solis.
Si autem iam mortuus est: in inferni domibus.
Hei mihi postea Vlysse strenuo, qui me in bobus
Misit adhuc paruulū existēte Cephallenorū in populo.
Nunc autem hae quidem sunt immense: neq; aliter
Viro ageretur bouum generatio latarum frontium.
Has autem alij me iubent ducere sibijpsis
Edere: neq; filium in adibus curant,
Neq; curam timent Deorum: prompti sunt enim iam
Res comedere diu abeuntis Regis.
At mihi hoc animus in pectoribus dilectis
Multum uoluit ualde quidem malum filio existente
Aliorum populum ire euntem ipsis bobus
Viros in alienos. hoc autem peius hic manentem
Bobus in alienis sedentem dolores pati.
Et iam diu alijs superbis Regibus
Discepsi fugiens: quoniam non tolerabilia sunt.
Sed adhuc hunc infelicem puto sicunde ueniens
Virorum procorum destructionem in domos ponet.
Hunc autē respondens, allocutus est prudens Vlysses,
Bubulce, quonia neq; malo, neq; insipienti uiro similis es,
Cognosco autē & ipse qd tibi prudentia in mentes uenit
Ideo tibi dico, & in magnum iuramentum iuro.
Sciat nūc primum Iupiter, Deorum hospitalisq; mensas
Domusq; Vlyssis strenui quam perueni,
Certe te hic existente ueniet domum Vlysses:

Vlysses Phi-
lactio.

Y XX.

179

His autem oculis uidebis, si uolueris,
interfectos Procos qui hic dominantur.

Hunc autem rursus allocutus est bouum bubulcus uir.
Vinam enim hoc hospes uerbum perficiat Saturnius,
Cognosceres qualis mea potentia & manus sequeretur.
Sic similiter Eumæus supplicabat omnibus Deis
Redire Vlyssē multum sapientem suam domum.

Sic hi quidem talia inter se confabulabantur.

Proci autem Telemacho interitumq; mortemq;
Parabant: at haec his sinistra uenit aus

Aquila altiuiolans: tenebat autem timidam columbam.

His autem Amphinomus locutus est, & dixit.

O amici non nobis perficietur hoc consilium,
Telemachi caedes. sed recordemur conuiuij.

Sic dixit Amphinomus. his autem placuit uerbum.

Ueniens autem in domos Vlyssis diuini,

Pallia quidem deposuerunt in lecticisq; sedibusq;.

Hi autem sacrificabant oues magnas, & pingues capras:
sacrificabant autem porcos, & bouem indomitam:

Viscera autem affantes distribuebant: in autem uinum

Crateris miscebant: pocula autē distribuebat Subulcus.

Panem autē ipsis distribuebat Philocteus eximius uirorum

Melchris in canistris: potum ministrat autē Melanthius.

Hi autem in cibos paratos praetacentes manus mittebat.

Telemachus autē Vlyssē sedere fecit astutias cogitans

intra bene ordinatam domū, apud lapideum pauimentum,
sedem indecentem apponens paruamq; mensam.

apud autē posuit uiscerū partes. insudit autem uinum

in poculo aureo, & ipsum ad uerbum dixit.

Hic nunc sede cum uiris uinum bibens:

Proci sinistro
omine à Tele-
machi caede
deterrentur.



Telemachus
procis ne ho
spitē iſeſtēt.

O D Y S S E A E

Conuicia autem tibi ipse ego & manus expellam
Omnium procorum: quoniam non popularis est
Domus hæc, sed Vlyſſis: mihi autem edificauit ille.
Vobis autem proci continete animum conuicio,
Et manus: ut non aliqua lis, & contentio oriatur.

Sic dixit. hi autē igitur omnes mordicus labra tenentes
Telemachum admirabātur, quod audacter locutus esset.
His autem Antinous locutus est Eupithei filius.
Et molestum existens suscepimus uerbum Achiui
Telemachi. ualde autem nobis minans locutus est.
Non enim Iupiter fuit Saturnius. ideo ipsum iam
Sedauiſſemus in domibus canorū existentē cōcionatorē.

Sic dixit Antinous. hic autem non curauit uerbum.
Præcones autem per ciuitatem sacram hecatombem
Duxerunt. ipsi autē cōgregati sunt capite criniti Achiui
Nemore sub umbroso longē iaculantis Apollinis.
Hi autē postquā assauerūt carnes supiores, & traxerunt
Partes diuidentes conuiuabantur gloriosum conuiuium.
Apud autem Vlyſſem partem posuerūt qui ministrabant
Aequalem, sicut ipsi sortiti sunt, sic enim iusserat
Telemachus dilectus filius Vlyſſis diuini.
Procos autem non omnino superbos fuit Minerua
Conuicio teneri tristi, ut adhuc magis
Intraret dolor in corde Laertiadem Vlyſſem,
Erat autem quidem in procis ur iniusta sciens,
Ctesippus autem nomen erat Samide in domo habitans
Qui iam possessionibus fretus patris sui,
Petebat Vlyſſis diu profecti uxorem
Qui tunc procos superbos allocutus est.
Audite me proci strenui ut quid dicam.

Y

XX.

180

Partem quidem iam hospes habet diu sicut decet
Aequalem: non enim bonum priuare, neq; iustum
Hospites Telemachi quicumq; ad has domos peruenerit.
Sed age ei & ego dabo hospitium, ut & ipse
Vel balneari det munus, uel alicui alij
Famulorum, qui in domibus Vlyſſis diuini.
Sic dicens protecit bouis pedem manu forti
Iacentem ex canistro capiens, ipse autē euitauit Vlyſſes
Quietē declinans caput, subrisit autem animo
Sardanium ualde talē: hic bene adificatū percussit murū.

Ctesippum autem Telemachus increpauit uerbo.
Ctesippe certē ualde tibi hoc utilius fuit animo.
Non percussisti hospitem. euitauit enim telum ipse:

Certe enim te medium percutiam lancea acuta.
Et tibi pro nuptijs pater sepulchrum faciet
Hic. ideo ne quis mihi indecentias in domo

Ostendat. iam enim intelligo, & scio singula,
Bonaq; & peiora, antea autem infans eram.
Sed tamen hæc quidem, & tolerauimus insipientes
Ombus iugulatis, uinoq; bibito

Et pane. difficile enim trahere unum multos.
Sed agite, non amplius mihi mala facite inimicantes.

Si iam me ipsum interficere prompti estis ere,
Et hoc uellem, & multo utilius esset
Mori quā hæc semper indecentia opera uidere.

Hospites uerberatos, famulasq; mulieres
Violantes indecenter in domibus bonis.

Sic dixit, hi autem omnes quieti facti sunt silentio.
Tarde autem iam locutus est Damastorides Agelaus.
O amici, non iam aliquis in mendicum iustum

Telemachus
Ctesippū mi
nitabūdos ob
iurgat.

Z iij



O D Y S S E A E

Contrarijs uerbis mordens sc̄uiat:

Agelaus pro
cisyt nuptias
maturent.

Neq; amplius hospitem uerberate, neq; aliquem alium
Seruorum, qui in domibus Vlyssis diuini.

Telemacho autem uerbum ego & matri dicam
Mite, si ipsis corde placeat ambobus.

Quandiu quidem uobis animus in pectoribus sperat
Redire Vlyssē per prudentem suam ad domum.

Tandiu nulla accusatio manereq; erit, teneriq;
Procos in domibus: quoniam hoc utilius erit.

Si redibit Vlyssēs, & rediens uenerit domum.

Nūc autē iā hoc manifestū, quod nō āplius reuersurus est.

Sed age tuæ matri affidens narra

Nubat quicumq; optimus uir, & plurima præbeat:

Vt tu quidem gaudens paterna omnia pascaris

Edens & bibens: hæc alterius domum curet.

Hunc autem Telemachus prudens contra locutus est.

Non per Iouem Agelaë, & dolores patris mei

Qui alicubi longē it haca, uel mortuus est uel errat.

Non immorabor matris nuptias, sed iubebo

Nubere cuicumq; uelit, ad autem multa dona dabo.

Erubescō autem uolentem à domo amouere

Verbo necessario, non hoc Deus perficiat.

Sic dixit Telemachus, proci autem Pallas Minerva

Minerua pro
cos demētes
reddit.

Inextinguibilem risum mouit, errare fecit autē mentem.

Hi autem iam maxillis ridebant alienis.

Cruentatas autem carnes comedebant, oculi autē ipsorum
Lachrymis impleti erant: luctum autem cogitabat alius.

His autē & locutus est Theoclymenus diuinus.

Dira portēta
in procos

Ab miseri, quid malū hoc patimini? nocte quidē uestra
Cooperiuntur capitaq; faciesq; in frag; genua.

Y XX.

111

Vlulatus autē diuisus est: lachrymantur autem genæ.

Sanguine autem fluibiles parietes, pulchræq; mediæ:

Umbris uero plenum est uestibulum plena uero & aula

Euentibus. Erebus autem sub tenebris: Sol autem

Ex cælo periit, mala autem incessit caligo.

Sic dixit, hi autem omnes in ipso suauiter riserunt.

His autem Eurymachus Polybi filius inceptit dicere.

Despiciat hospes nuper aliunde ueniens.

Sed ipsum statim domo emittite foras

Et forum ire: quoniam hæc nocti assimilat.

Hunc autē rursus allocutus est Theoclymenus diuinus.

Eurymache non te iussi mihi comites dare.

Sunt mihi oculiq; & aures & pedes ambo,

Et mens in pectoribus facta, neq; indecens.

His exibo foras: quoniam intelligo malum uobis

Imminens, quod non aliquis subter fugiet, neq; cuitabit

Procorum: qui domo in diuina Vlyssis

Viros iniuriantes iniusta operamini.

Sic dicens exiit domibus bene habitatis.

Hiit autem ad Piræum: qui ipsum promptus suscepit.

Proci autem igitur omnes inter se aspicientes

Telemachum irritabant supra hospites ridentes.

Sic autem aliquis dixit iuuenum superborum.

Telemache non te prior hospitator alius,

Qualem quidem aliquem hunc habes famelicū erratorē,

Panis & uini indigentem, neq; operum

Scientem, neq; fortitudinis: sed uanē pondus terræ.

Alius autem rursus aliquis hic surrexit diuinare.

Sed si iam persuadeberis, quod multo utilius erit.

His hospites in naui multifida ponentes,



O D Y S S E A E

In sculos mittemus: unde tibi dignum inueniat.
 Sic dixerunt proci. hic autem non curauit uerba:
 Sed tacite patrem aspiciebat expectans semper,
 Quando iam procis impudentibus manus immittat.
 Hec in contrarium ponens perpulchram sedem
 Filia Icarij prudens Penelope,
 Virorum in domibus uniuscuiusq; uerbum audiuit.
 Cœnam quidem enim ridentes parabant,
 Suauiterq; & placide. postquã ualde multa comederant.
 Cœna autem non aliquo modo ingrator alia fieret,
 Qualem iam cito cogitauit Dea & fortis uir
 Ponere: priores enim indecentia operabantur.

ARGVMENTVM. φ. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Penelope tendenti arcum pollicetur sui ipsius nuptias. Vlysses
 tem Eumæo, & Philæto mandans de ianuarum custodia, ipse
 dimisit sagittam per annulos, alio tendere non valente.

φ XXI.
ODYSSEAE. φ. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Phi autem arcum proponit certamen Penelope.



PSI autem in mentibus posuit Dea
 cæsa Minerua
 Filiae Icarij prudenti Penelope,
 Arcum procis ponere albumq; fer- Penelope p-
 rum, cis certamen
 proponit.

In domibus Vlyssis certamina, cædis & principium.
 Scalam autem altam ascendit proprie domus:
 Accepit autem clauem bene flexam manu forti,
 Pulchram æream: manubrium autem eboris inerat.
 Perrexit autem ire ad thalamum cū ancillis mulieribus
 Vltimum: illic autem ei thesauri iacebant Regis,
 Aesq; aurumq; multilaborisq; ferrum.
 Ille autem arcus iacebat reflexus & pharetra
 Sagittifera: multæ autem inerant suspiriosæ sagittæ,
 Dona quæ ei hospes Lacedæmoni dedit obuians
 Iphitus Eurytides similis immortalibus.
 Hi autem in Messena obuiauerunt adinuicem
 Domo in Ortilochi bellicosi. certè Vlysses
 Init ad debitum, quod ei omnis populus debebat.
 Oues enim ex Ithaca Mesenij uiri extulerant
 Nauibus multis sedis trecentas & pastores.
 Horum gratia legationem multam uenit Vlysses
 Paruus existens. præmisit enim pater alijq; senes.
 Iphitus rursus equas quærens, quæ ei perditæ erant

De arcu Vlyssis

Iphitus Eurytides.



Hercules pro
ditor hospiti-
tij.

O D Y S S E A E

Duodecim femina. post autem mule patientes operum,
Quae iam ei & postea cedes & parca factae sunt.
Postquam iam Iouis filius peruenit magnanimum
Virum Herculem magnorum scientem operum,
Qui ipsum hospitem existentem interfecit propè domū
Miser, neq; Deorum uocem ueneratur, neq; mensam
Illam quam ei apposuit: postea autem occidit & ipsum.
Equas autem ipse tenuit fortes unguibus in domibus,
Quas querens Vlysi obuiauit: dedit autem arcum
Quē antea quidē portabat magnus Eurytus. at hic filio
Reliquit moriens in domibus altis.
Huic Vlysses ensē acutum, & fortem lanceam dedit,
Principium hospitalitatis dolorosae: neq; in mensa
Cogniti sunt inter se. ante enim Iouis filius interfecit
Iphitum Eurytidem similem immortalibus,
Qui ei arcum dedit. hunc autē nunquā diuinus Vlysses
Iens ad bellum nigris in nauibus
Portauit: sed ipsius memoria hospitis dilecti
Tenuit in domibus: portabat autem sua in terra.
Hec autē quā iam thalamū hūc puenit diuina mulieris,
Pauimentumq; quernum ascendit, quod quondam faber
Poluit scientifice, & in perpendiculari direxit:
In autem limina aptauit, ianuas autē imposuit splendidas.
Statim haec lorum uelociter absoluit annuli:
In autem clauem misit: ianuarum autē superincidit seras
Contra obseruans, haec autem resonauerunt uelut taurus
Pascens prato: tantum sonauerunt pulchrae portae
Perussae clauis: aperte sunt ei cito.
Hec autem in alta tabulata iuit: illic autem capsa
Stabant in autem igitur his odoriferae uestes iacebant.

Φ

XXI.

183

Hinc extensa à clauo accepit arcum
Ipsa uagina, quae ei adiacebat lucida.
Sedens autem illic dilectis in genibus ponens
Flebat ualde stridulē. excepit autem arcum Regis.
Hec autē postquā igitur satiata ē multarū lachrymarū luctu,
Perrexit autem ire domum ad procos superbos
Arcum tenens in manu reflexum & pharetram
Sagittiferam: multae autem incrant suspiriosae sagittae,
Hae autem cum ancilla portabant arcem, ubi ferrum
iacebat multum & aes, certamina Regis.
Hec autem quā iam procos peruenit diuina mulierum,
Stetit apud limen domus bene factae,
Contra genas tenens tenues uittas.
Ancilla autem ei utrinq; astitit.
Statim autem proci locuta est, & dixit uerbum.
Audite proci superbi, qui hac domo
Uimini comedere, & bibere asidue semper
Viro abeunte multo tempore: neq; aliquam aliam
Verbi facere continentiam potestis.
Sed me cupientes nubere, facereq; uxorem.
Sed agite proci, quoniam hoc apparet certamen.
Ponam enim magnum arcum Vlyssis diuini.
Quicumq; autem facillimē extendet arcum in manibus,
Et per sagittabit annulos duodecim omnes,
Hunc simul sequar linquens hanc domum
Iuuenilem, pulchram, plenam uictus
Cuius aliquando recordari puto in somnio.
Sic dixit, & Eum. eum iussit subulcum
Arcum proci ponere, albumq; ferrum.
Lachrymans autem Eum. eius suscepit & deposuit.

Penelope de-
promittit Vly-
ssis arcū certa-
mini procorū

Promittit se
uictoris con-
iugem fore.



O D Y S S E A E

Fleuit aut̄ bubulcus alibi postquam uidit arcum Regis.
Antinous at̄ iſcrepauit, uerbūq; dixit, denominauitq;
Stulti ruſtici moleſta cogitantes

Ah miſeri cur lachrymas deſuderunt? & mulieri
Animum in peſtoribus mouetiſ? cui aliter
Iacet in doloribus animus poſtq̄ dilectū perdidit maritū.
Sed tacitè comedite ſedentes, uel foras

Arcus vlyſſis.

Flete exeuntes, hic arcus linquentes
Prociſ certamen diſſicile, non enim puto
Facilè hunc arcum politum tendi.

Non enim aliquis adeſt talis uir in hiſ omnibus,
Qualiſ vlyſſeſ fuit, ego autem ipſum ipſe uidi:
Etenim memor ſum, puer autem paruus eram.

Sic dixit, huic aut̄ igitur aiſus in peſtoribus ſperabat
Arcum tendere, perſagittareq; ferrum.

Certè ſagittam primuſ guſtare cogitabat
Ex manibus vlyſſiſ ſtrenui, quem tunc inhonorabat
Sedens in domo, quoniam mouebat omneſ ſocioſ.
Hiſ autem & dixit ſacra uis Telemachi.

O amici certè ualde me iupiter demētē fecit Saturnuſ
Mater quidem mihi dicit dilectā prudens exiſtens
Alium ſimul ſequi, linquens hanc domum.
At ego rideo & delector inſano animo.

Sed agite proci, quoniam hoc apparuit certamen.
Qualiſ nunc non eſt mulier in Achaica terra,
Neq; Pyli ſacræ, neq; Argi, neq; Mycenæ,
Neq; ipſiſ Ithacæ, neq; Epiri nigræ:
Et autem ipſi hoc ſcitiſ, quid me oportet noſtræ laudis.
Sed agite, non excuſationeſ trahite, neq; arcu
Dui ab uertimīni tenſione: ut ſciamuſ.

Φ XXI.

184

Et autem ipſe ego hunc arcum experiar.
U autem tendam, perſagittaboq; ferrum,
Non mihi dolenti haſ domoſ ueneranda mater
Linquet cum alio iens, quod ego in retro relictuſ ſum
Soluſ iam patriſ certamina pulchra accipere.

Dixit, & ab humeriſ pallium poſuit purpureum
Pectuſ ſurgens, ab autem enſem acutum poſuit hameriſ:
Priuſ quidem annuloſ ſtatuit perſodiens
Omniſ uiam longam & per lineam direxit:

Arcum aut̄ terrā induxit: ſtupor aut̄ cepit oēſ uidentēſ:
Ite bene ornate ſtatuit, antea autem nunquam uidi.
Ite autem in pauimentum iens & arcum tentauit.

Ter quidem ipſum appropinquauit trahere promptuſ,
Ter autem dimiſit potentiſ inſperans hoc animo
Meruim uſ tendere, perſagittareq; ferrum.

U iam tendiſſet ui quarto attrahens,
Sed vlyſſeſ annuit, & tenuit cupientem.

Hiſ autem ruruſ locutuſ eſt magna uis Telemachi.
O amici uel & poſtea maluſq; ero & impotēſ,
Uel iunior ſum, & nondum manibuſ conſiſuſ ſum
Uirum expellere, quando aliquiſ prior moleſtuſ ſit.
Sed agite, qui me ui multo potentiores eſtiſ

Arcum tentate, & perſiciamus certamen.
Sic dicens arcum quidem à ſe poſuit humum
Acclinans conglutinatiſ politiſ tabuliſ.
Ite autem citum telum pulchro acclinauit capiti:
Retro autem iterum deſedit in ſede unde ſurrexerat.
Hiſ autem Antinouſ locutuſ eſt Eupitheſ filiuſ.
Mouimīni ordinatim decenter omneſ ſocij
Ite accipientēſ à loco unde uinum miniſtratur.

Telemachus
experitur ui-
res ſuaſ arcu.



Sic dixit Antinous, his autem placuit sermo.
 Liodes autem primus surrexit Oenopis filius,
 Qui ipsis uates fuit. apud autem createram pulchram
 Sedebat semotissimus semper: stoliditates autem ei soli
 Inimicæ erant: omnibus autem succensebat procis.
 Qui tunc primus arcum accepit, & telum uelox.
 Stetit autem in pavementum iens, & arcum tentabat.
 Neq; ipsum intedit: prius enim fatigauit manus ^{sursum}
 Insuetas teneras. ad autem procos dixit. ^(trahens)

Liodes uiribus diffidit

O amici non quidem ego intendo: capiat aut & alius.
 Multos enim hic arcus optimos priuabit
 Animo & anima, quoniam multo melius est,
 Quam uiuos aberrare: cuius gratia semper
 Hic conuersamur ad expectantes dies omnes.
 Nunc quidem aliquis & sperat in mentibus, & cogitat
 Ducere uxorem Vlyssis uxorem.
 At postquam arcum tentauerit, & uiderit
 Aliam iam aliquam postea grecarum bene indutarum
 Petat uxorem dotibus querens. hæc autem postea
 Nubat qui plurima det, & fortunatus ueniat.

Sic dixit, & à se arcum posuit,
 Acclinans conglutimatis politis tabulis.
 Illic autem citam sagittam pulchræ acclinauit extremitate:
 Retro autem iterum desedit in sede unde surrexerat.
 Antinous autem increpauit, uerbumq; dixit denominauitq;

Liodes quale te uerbum fugit septum dentium
 Graueq; molestumq; irascor autem tibi audiens.
 Si iam hic arcus optimos priuabit
 Animo & anima, quoniam non potes tu intendere:
 Non enim te talem genuit bona mater

Qualem

Qualem & extensorem arcuq; esse & sagittarum.
 Sed alij tendent forte proci inelyti.

Sic dixit, & iussit Melanthium custodem caprarum.
 Age ignem accende in domibus Melanthie:
 Apud autem pone sedemq; magnam & pelles in ipsa.
 Effer autem pinguedinis magnam rotam intus existentis.
 Ut iuuenes calefacti inuncti unctiōne
 Arcum tentemus, & perficiamus certamen.

Sic dixit. hic at statim accedit Melanthius magnam ignem.
 Apud autem portans sedem posuit & pelles in ipsa,
 Ex autem pinguedine magnam rotam intus existente.
 Ideo iuuenes calefacti tentarunt, neq; poterant
 Tendere: multum enim fortitudinis indigentes erant.
 Antinous autem abstinebat, & Eurymachus diuinus
 Principes procorum: uirtute autem erant ualde optimi.

Proci uiribus ipares arcui tendendo.

Hi autem ex domo iuerunt sequentes simul ambo
 Bubulcus & Subulcus Vlyssis diuini.
 Ipse autem post hos domo exiuit diuus Vlysses.
 Sed quando iam extra ianuas fuerunt ac & aulam,
 Loquens ipsos uerbis allocutus est suauibus.

Bubulce & tu Subulce uerbum aliquod dicam?
 Nunquid ipse celabo? dicere autem me me animus iubet.
 Quales estis Vlyssi auxiliarij sicunde ueniat
 Sic ualde ex repente, & aliquis Deus ipsum ferat?
 Nunquid & procis auxiliaremini? an Vlyssi:
 Dicite quomodo uos cor animusq; iubet.

Hunc autem rursus allocutus est boum bubulcus uir.
 Iupiter pater utinam enim hoc perficias desiderium.
 Utinam ueniat quidem ille uir, ducat autem fortuna,
 Cognosceres qualis mea potentia, & manus sequerentur.



Sic autem similiter Eumæus supplicauit omnibus Diis:
Redire Vlysem prudentem suam domum.
At postquam horum mentem ueram cognouit
Ex iterum ipsos uerbis respondens, allocutus est.
Intus quidem iam hic ipse ego mala multa passus
Veni uigesimo anno in patriam terram:
Cognosco autem quod uobis cupientibus ueni
Solis seruorum: horum autem aliorum non aliquē ^{audiam}
Precantem me iter redeuntē domum uenire.
Vobis autem sicut erit ueritatem dicam.
Vinam gratia mei Deus domet procos superbos,
Dabo ambobus uxores, & res præbebo,
Domosq; propè me edificatas: & mihi postea
Telemacho socij; fratresq; eritis.
Eia age, iam & signum ualde manifestum aliud ostendat
Ut me bene cognoscatis fideli hunc esse in animo:
Cicatricem quam quondam sus percussit albo dente
Ad Parnasum euntem cum filijs Autolici.
Sic dicens uestes magna separauit à cicatrice.
Hi autē postquā inspexerunt, beneq; cognouerūt ^{singula}
Fleuerunt circa Vlysem prudentem manus mittentes:
Et osculati sunt amplectentes caputq; & humeros.
Sic autē eodē modo Vlyses capita, et manus osculatus est.
Et lugentibus occidisset lumen Solis,
Nisi Vlyses ipse prohibuisset, locutusq; fuisset.
Cessate fletu luctuq; ne quis uideat
Exiens domo, at dicat & intus:
Sed parati intrate, neq; simul omnes.
Primus ego, post autem uos, at hoc signum fiat.
Alij quidem enim omnes quicumq; proci superbi

Vlyses se ser-
uis manife-
stat.

Non sinent mihi dari arcum & pharetram:
Sed tu diuine Eumæe portans supra domos arcum
In manibus mihi date, dieq; mulieribus
Claudere domus ianuas firmi ter factas.
Si autem aliquis uel suspiriū, uel strepitum intus audiat
Virorum nostris in septis, non foras
Exire: sed illic quietē esse ad opus.
Tibi autem Philoetie diuine fores mando aule.
Caudas clauī, cito autem ligamen appone.
Sic dicens intrauit domos bene habitatas,
Sedit postea in sede iens unde surrexerat.
Tum etiam famuli ingressi sunt diuini Vlysis.
Eurymachus autē iam arcum in manibus mouebat,
Calefaciēs huc & illuc splendore ignis: sed ipsum neq; sic
Tedere potuit: ualde autem suspirauit gloriosum cor.
Suspirās at igitur locutus ē uerbumq; dixit, denotauitq;
O amici certē mihi dolor circa me ipsum et circa oēs
Non nuptias tantum lugeo tristis:
Sunt & aliæ multæ græcæ, quæ quidem in ipsa
Circum mare Ithacæ, & alijs ciuitatibus.
Sed si iam tantum fortitudinis indigentes sumus,
Dui Vlysis quod non possumus tendere
Arcum, increpatio autem & futuris audiri.
Hūc at rursus Antinous allocutus est Eupitheī filius.
Eurymache non sic erit: intelligis autem & ipse.
Nunc quidem enim in populo festum Dei
Purum, quis autem arcus tendet: sed quieti
Deponite: at annulos & tacite sinamus omnes
Sare: non quidem enim aliquem sustollere puto
Venientem in domo Laertiæ Vlysis.

Philoetio mā
datur ianæ
custodia.

Eurymach^o
arui impar
dolet.



Sed age, pincerna quidem incipiat poculis,
Vt libantes deponamus curuos arcus.
Mane autem iubete Melanthium custodem caprarum
Capras ducere, quæ omnibus ualde excellentes gregibus,
Vt in crura ponentes Apollini inelyto arcu
Arcum tentemus, & perficiamus certamen.

Sic dixit Antinous, his autem placuit sermo.

His autem præcones quidem aquam in manus suderunt:
Iuuenes autem crateras coronauerunt potu.
Diuiserunt autem igitur omnibus incipientes poculis.
Hi aut postquam libauerunt biberuntque, quantum uoluit alius.
His autem callens locutus est prudens Vlysses.

Audite proci inelytæ Regine,

Vt dicam quæ me animus in pectoribus iubet.

Eurymachum autem maxime & Antinoum Regem,
Oro, quoniam & hoc uerbum secundum decens dixisti.
Mane autem Deus dabit fortitudinem cui uoluerit.
Sed age mihi date arcum bene politum, ut cum uobis
Manus & robur experiar, si mihi adhuc est
Vis qualis antea fuit in flexibilibus membris:
An iam mihi perdidit errorque, incommodumque.

Sic dixit, hi autem igitur omnes ualde irati sunt.

Timentes ne arcum bene politum tenderet.

Antinous autem increpauit, uerbisque dixit denominauitque
Ab miser hospitum insunt tibi mentes neque paruæ:
Non amas, quod quietus in mensis cum nobis
Conuiuaris neque quod conuiuio priuaris: at audis
Verba nostra & locutionem: non autem aliquis alius
Verba nostra hospes & pauper audit?
Vinum te ledit dulce, quod & alios

Vlysses petit
experiri ut
res arcus.

Ledit quicumque ipsum abudanter capit, neque deceter bibit.

Vinum & centaurum ualde inelytum Euritiona

Lesit in domo magnanimi Perithoi

In Lapithas euntem: hic autem quonia mentes Lesit uino

Insanens mala fecit domo in Perithoi.

Heroas autem dolor cepit, ex uestibulo autem foras

Traxerunt insurgentes aures seu ore

Naresque demetentes, hic autem mentibus suis laesus

luit suum nocumentum portans in sano animo:

Ex quo centauris, & uiris contentio facta est:

Sibi que ipsi primo malum inuenit uino grauatus.

Sic & tu magnum nocumentum dico si hunc arcum

Tendes: non enim alicui prudenti supplicabis

Nostra in domo, statim autem te nauis nigra

In Echetur Regem hominum pessimum omnium

Mitemus, hinc autem non saluaberis, sed quietus

Bibeque, neque contende cum uiris iunioribus.

Hunc autem rursus allocuta est prudens Penelope.

Antinoe, non quidem bonum ledere, neque iustum

Hospites Telemachi quicumque, has domos peruenit,

Existimas si hic hospes Vlyssis magnum arcum

Tendet manibusque, uique sua fretus

Domum me ducere, & suam facere uxorem?

Neque ipse hoc in pectoribus existima.

Neque aliquis uestrum huius gratia animo dolens

Hic conuiuetur, quoniam neque quidem, neque decet.

Hæc autem rursus Eurymachus Polybi filius contra locum

Filla Icarij prudens Penelope,

Non te hunc ducere putamus, neque decet,

Sed uerecundantes sanam uirorum & mulierum,

AA ij

Vinū immodice
dicū malorū
causa.

Penelope An
tinou obiu-
gat.



Ne aliquando aliquis dicat peior alius Achivis.
Certè multo peiores uiri strenui uiri uxorem
petunt, quoniam non arcum politum tendunt.
Sed alius quidem pauper uir errans ueniens
Facile tendit arcum, per autem misit ferrum.
Sic dicent, nobis autem impropria hæc fient.

Hunc autem rursus allocuta est prudens penelope.
Eurymache non aliquo modo est in clytos in populo
Esse, qui iam domum inhonorantes edunt
Viri optimi, cur autem impropria hæc facitis?
Ipse autem hospes ualde quidem magnus & pinguis:
Viri autem ex bono genere gloriatur esse filius.
Sed age, ei date arcum politum, ut uideamus.
Sic enim dico: hoc autem & perfectum erit.
Si ipsum tendet: dabit autem ei gloriam Apollo.
Induam ipsum lenaq; chitonamq; uestimenta pulchra,
Dabo aut acutum iaculum canum adiuuamētū & uirorū.
Et ensē utriq; icidētē, dabo at sub pedibus calciamētū.
Mittam autem quo ipsum cor animusq; iubet.

**Telemachus
matri.**

Hæc at rursus Telemachus prudēs cōtra allocutus est.
Mater mea arcum quidem Achiuorum nullus me
Potentior cui uolo dareq; & negare,
Neq; quicumq; asperam Ithacā in dominantur,
Neq; quicumq; habitant in Elide equos pascente.
Horum nullus me inuitum coget si uoluerō
Et omnino hospiti dare hos arcus ferre.
Sed in domum iens ipsa tui ipsius opera cura,
Telamq; columq;, & ancillis iube
Opus adire, sermo autem uiris curæ erit
Oibus maximè autē mihi, huic enim potētia est i domo.

Hæc quidem stupefacta retro domum iuit.
Filij enim uerbum prudens imposuit animo.
In autem superiora ascendens cum ancillis mulieribus
Elevat postea Ulyssē dilectū maritū, quousq; ei somnū
Dulcem in palpebris iecit cæsia Minerua.
At hic arcus capiens portabat flexilē diuus Subulcus.
Proci autem igitur omnes tumultuabant in domibus.
Sic autem aliquis dixit iuuenem fortium.
Quo iam curuum arcum portas non inuisse Subulce
Errator, cito rursus te in suibus canes ueloces edent
Solum ab hominibus quos nutriuisti: siquidem Apollo
Nobis propitius, & immortales Dei alij.
Sic dixerunt, at hic posuit ferens ipso in loco
Timens, quoniam multi minabantur in domibus.
Telemachus autem ex altera parte minans iuit.
Heus ulterius porta arcū cito, non bene oibus obediēs.
Ne te & iunior licet existens ad agrum expellam
Percutiens saxis: ut autem fortior sum.
Vtinam enim omnium tantū quicumq; in domibus sunt
Procorum manibus uiq; fortior essem:
Ideo & cito mœstē aliquem ego mitterem ire
Nostra ex domo, quoniam mala operantur.
Sic dixit, hi aut igitur omnes in ipso dulciter riserunt
Proci, & iam cessarunt graui ira,
Telemacho autem arcum ferens in domum Subulcus
In manibus Ulyssi prudenti posuit astans.
Ex autem uocans allocutus est nutricem Eurycleam.
Claude domus ianuas fortiter compactas.
Si autem aliquis, uel suspirium, uel sonum intus audiat
Virorum nostrorum in septis: non foras

**Affertur V.
lyssi tandem
arcus.**



O D Y S S E A E

Eat: sed illie tacitè sit apud opus.

Sic dixit. huic autem uelox fuit uerbum.

Clausit autem ianuas domorum bene habitatarum.

Tacitè autem ex domo Philoctetus saltauit foras.

Clausit autem postea ianuas septi aulae.

Iacebat autem sub porticu lignum nauis circū agitabile

Byblinum, quo ligauit ianuas introiuit autem ipse:

Sedit postea in sede iens unde surrexerat

Inspiciens Vlysssem hic autem iam arcum mouebat

Penitus reuoluens, experiens huc & illuc.

Ne cornua uermes edissent profecto Rege.

Sic autem aliquis dixit uidens in propinquum alium.

Certe aliquis admirator, & dolosus est arcuum.

Certe talia, & ipsi domi iacent.

Vel hic ruit facere sicut in manibus

Mouet huc & illuc malorum sciens errator.

Alius autem rursus dixit iuuenum superborum.

Vtinam enim iam tantum utilitati obuiaret,

Quantum hic hunc poterit tendere.

Sic dixerunt proci. at prudens Vlysses

Statim postquā magnum arcū portauit, & uidit penitus

Sicut autem quando uir citharæ peritus & cantus

Facile extendit nouo in sinu chordam,

Tangens utrinq; bene retortum intestinum ouis.

Sic sine diligentia tendit magnum arcum Vlysses.

Vlysses tēdit
arcum.

Dextera autem igitur manu capiens tentauit neruum.

Hoc autem sub bene sonuit hirundini similis uoce.

Procis autē igitur dolor factus est magnus. oibus autē igitur

Mutatus est. Iupiter autē ualde sonuit signa ostēdēs. (color

Latatus est postea pertolerans diuus Vlysses

Quod ei monstrum misit Saturni filius uersuti.

Acceptit autē uelocē sagittā, quæ ei apud iacebat mensam

Nudat: ipse autem aliæ concuam intra pharetram

iacebant: quibus cito futuri erāt Achiui tentari.

Hanc in brachio capiens traxit chordam concuuitatesq;

Nunc ex sede sedens: misit autem, sagittam

Contra obseruans, securium autē non errauit omnium

Primo foramine, transiuit autem penitus foras

Sagittā ere grauis, hic autem Telemachum allocutus est.

Telemache non te hic hospes in domibus uituperat

sedens: neq; proposito errauit, neq; arcum

Diu fatigauit tendens: adhuc mihi robur firmum est.

Non sicut me proci inhonorantes uituperabant.

Nunc autem hora & coenam Achiui preparare

in luce, at postea & aliter delectari

Cantu & cithara hæc enim additamenta conuiuij.

Dexit, & supercilijs annuit, hic autē circūposuit enssem

Telemachus dilectus filius Vlyssis diuini. (acutum

Circū autē manum dilectam posuit læcæ: propè autē ipsum

apud sedem stetit armatus splendido ere.

ARGUMENTVM X. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Procorum cædem cū peregisset Vlysses præsentē Mineruæ, exinde ancillas per Telemachum & familiares punit cum Melan-
tio.

ODYSSEAE. X. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Chi Vlysses procos abstulit sauo are.



SED Ipse exutus est pannis prudens
Vlysses,
Influit autem magno limini habens
arcum & pharetram
Sagittis plenam, celeres uero effudit
sagittas

Ibi ante pedes, subinde autem prociis dixit.
Hoc quidem iam certamen innocuum perfectum est.
Nūc rursus propositū aliud qd̄ nōdū aliquis percussit uir
Speculabor si cōsequar. præbeat aut̄ mihi gloriā Apollō

Dixit: & in Antinōum direxit amarā sagittam.

Procorū cæ-
des.

Certē hic pulchrum poculum eleuare uolebat
Aureum utrinq; ansatum: & iam manibus mouebat,
Ut biberet uinum: cædes autem ei non in animo
Cogitabatur, quis putasset inter uiros conuiuas
Solum in plures etsi ualde fortis esset
Et facere cædemq; malam & mortem nigram.
Hunc aut̄ Vlysses in gutture detentum percussit sagittā.
Contra autem teneram per ceruicem iuit cuspis.
Declinatus est autem alio: poculum autē ei excidit manū
Percussit: statim autem fistula ad nares crassa uenit
Sanguine uirili: cito autem à se mensam
Impulit pedibus percutiēs: longē aut̄ cibos fudit ad terrā,
Panisq; caroq; assata fœda est. hi autem strepuerunt
Proci in domo, ut uiderunt uirum cadentem.

Vlysses An-
tinōum sagit-
ta interficit

Ex autem sedibus surrexerunt turbati in domo
Undiq; aspicientes bene incisos ad parietes:
Neq; alicubi scutum erat, neq; fortis lancea capere:
Lacrepabant autem Vlyssēm iratis uerbis.

Hospes male uirorū sagittas. nō amplius certaminibus
Alijs obuiabis. nunc tibi salua alta mors:
Et enim iam nunc uirum interfecisti, qui ualde optimus
iuuenum in Ithaca. ideo te hic uultures edent.
Dixit singulus uir, quoniam dixerunt non uolentem
uirum interfecisse. hoc autem stulti non cognouerunt,
Quod iam ipsis & omnibus mortis fines attingebant.

Has autem toruē aspiciens allocutus est prudens Vlysses.
Canes nō me amplius existimabatis rediēte domū uēire
populo à Troianorū, quod mihi consumebatis domum,
Pulsusq; uiuentis petebatis uxorem.

ancillas autem mulieres apud dormiebatis uiolenter:
Neq; Deos timentes, qui cælum latum habitant:
Neq; aliquam hominum accusationam imposterū fore.
Nunc uobis & omnibus mortis fines contigerunt.

Sic dixit. hos autē igitur omnes nouus timor suscepit.
aspiciebat autem singulus quo fugeret altam mortem.

Eurymachus aut̄ ipsum solus respondens, allocutus est.
Si quidem iam Vlysses Ithacensis uenisti,
hec quidem decenter dixisti quæcunq; fecerunt Achiui.

Multa quidem in domibus iniusta, multa autem in agro.
sed hic quidem iam tacet, qui causa fuit omnium
Antinōus: hic enim imposuit hæc opera.
Non nuptiarum tantum indigens, neq; cupiens,
sed alia cogitans, quæ ei non perfecit Saturnius.
Ut Ithacæ in populo bene ædificatæ regnaret

Vlysses pro-
cis se manife-
stat.

Eurymachus
supplex An-
tinōo impu-
tat omnia.



Ipse at tuum filium interficeret insidians.
Nūc at hic qdē i parca iterfectus est. tu aut miserere
Tuorū, at nos in futurū conciliati in populo
Quacūq; tibi ebibita sunt, & comesta sunt in domib; ^(Pulchra)
Pretium separatim ducentes uiginti boues singulus:
Aesq; aurumq; reddemus donec tuum cor
Letum fuerit: ante autem non indignanter irascere.
Hunc aut toruē uidens allocutus est prudens Vlysses.

Eurymache, neq; si mihi paterna omnia redderetis
Quacūq; ei nunc sunt, & sicunde alia imponeretis,
Neq; sic amplius manus meas cessarem cedere
Ante omnem procos transgressionem soluere.
Nunc uobis adiacet contra uel pugnare,
Vel fugere: qui mortem & parcam euitauerit.
Sed aliquem non fugere puto altam mortem.

Sic dixit. horum autem ipsorum soluta sunt genua.
His autem Eurymachus allocutus est secundo rursus.
O amici non retinebit uir hic manus innocuas.
Sed postquam accepit arcum politum, & pharetram
Pauimento à polito, sagittabit donec omnes
Nos interficiet. sed recordemur pugne,
Ensesq; trahite, & contra tenete mensas
Sagittas ueloces. contra autem ipsum omnes firmas
Congregati, si ipsum pauimento expellemus & ianuas
Eamus in ciuitatem. clamor citissime fiet.
Et ideo cito hic uir nunc ultimo sagittabit.

Sic igitur uociferans traxit ensē acutum
Aerum utrinq; acutum. saltauit autem in ipsum
occiditur. Terribiliter sonans. ipse autem sequebatur diuus Vlysses
Sagittam projiciens percussit aut pectus apud mānū.

Eurymachus
procis.

In autem ei hepate fixit uelox telum. ex aut igitur manu
Ensem misit humum. proiecta autem mensa
Decidit uoluta, longē autem aquas fudit humum,
Et poculum circū ansatū. hic aut terrā uerberauit frōte
Animo dolens: pedibus autem thronum ambobus
Calcitrans quaesit: in oculis autem fusa est tenebra.

Amphinomus autem Vlysi iuit glorioso
Contrarius ruens. traxit autem ensē acutum
Nō quomodo eius exiret ianuis. sed ipsum praeuenit
Telemachus à tergo percutiens aerea lancea
Humorum medio. per autem pectora penetrauit.
Coniuit autem cadens: terram autem percussit fronte.

Telemachus autem ruit linquens longam lanceam
Nūc in Amphinomo. ualde enim timebat ne qd Achiuorū
Lanceam trahentem longam, uel percutiat
Ense ruens, uel in caput uerberans.

Uit aut currens: ualde aut cito dilectum patrē peruenit.
Propē autem stans uerba uelocia allocutus est.

O pater iam tibi scutum portabo & duas lanceas.
Et galeam bene aream in temporibus aptam
Ipse induar iens. dabo autem subulco
Et subulco alia. armari enim melius.

Hūc autem respondens allocutus est prudens Vlysses.
Porta currens quousq; auxiliarij adsunt
Ne me amoueant ianuis solum existentem.

Sic dixit. Telemachus autem dilecto obediuit patri.
Perrexit autē ire thalamū ubi ei inelyta arma iacebant.
Hinc quatuor quidem scuta excepit. lanceas autem octo,
Et quatuor galeas aeras densas.
Venit aut ferens. ualde aut cito dilectum patrē peruenit.

Telemachus
Amphinomū
interficit.



Vlysses in p= cos se armat.

Ipse autem primum circa corpus indutus est as:
 Sic aut eodem modo hi famuli induti sunt arma pulchra.
 Steterunt autem circum Vlysssem prudētē uarij consilij.
 At hic quandiu quidem auxiliari erant sagittae:
 Tandiu procorum unum semper in domo
 Percussit inspiciens. hi autem simul stricti cadebant.
 At postquam liquerunt sagittae sagittantem Regem,
 Arcum quidem ad stabulum bene firmæ domus
 Inclinauit stare ad parietes splendidos:
 Ipse autem circum humeros scutum posuit quadruplex:
 Capite autem in forti galeam bene factam posuit
 Conum. grauiter autem crista desuper nuebat.
 Accepit autem sortes lanceas duas armatas ære.
 Ianua autem quedam erat bene edificato in pariete.
 Vltimum autē apud pauimentum bene stantis domus
 Erat uia in latitudine. tabula aut erant bene congruæ.
 Hanc autem Vlysses custodire iussit diuinum Subulcum
 Stantem propē ipsam: una autem sola erat uia.
 His autem Agelaus dixit uerbum omnibus nuncians.

Agelaus pro cis.

O amici non iam aliquis in ianuam ascendat,
 Et dicat populis: clamor citissime fiat.
 Ideo cito hic uir nunc postremo sagittet.
 Huc at rursus allocutus est Melanthius custos caprarum.
 Nō aliquo modo est Agelaë diuine: prope enim grauitet
 Aula pulchras ianuas & molestum os latitudinis:
 Et unus omnes prohibebit uir, qui fortis sit.
 Sed age uobis arma portabo armari
 Ex thalamo. illic enim puto: neq; aliō
 Arma deposuerunt Vlysses & illustris filius.
 Sic dicens ascendit Melanthius custos caprarum

In thalamum Vlyssis supra scalas domus,
 Vbi duodecim quidem scuta excepit, tot autem lanceas,
 Et tot galeas æreas crine densas.
 Perrexit autem ire, ualde aut cito portans prociis dedit,
 Et tunc Vlyssis soluta sunt genua & dilectum cor,
 Postquā circumponentes uidit arma, manibus aut lanceas
 Longas quatientes, ualde autem ipsi uidebatur opus.
 Statim autem Telemachum uerba uelocia allocutus est.
 Telemache certe ualde iam aliqua in domibus mulierum
 Nobis cōtra parat bellum malum uel Melanthius.
 Huc aut rursus Telemachus prudēs cōtra locutus est.
 O pater ipse ego hoc peccauit, neq; aliquis alius
 Causa, qui thalami ianuam spisse congruam
 Reliqui inclinans, horum autem speculatio fuit melior.
 Sed uade diuine Eumæe ianuam claude thalami.
 Et obserua si qua est mulierum, que hæc faciat,
 An filius Dolij Melanthius quem ego puto.
 Sic hi quidem talia inter se loquebantur.
 Iuit aut iterum thalamum Melanthius custos caprarum,
 Portaturus arma pulchra: intellexit aut diuus Subulcus.
 Statim autem Vlysssem allocutus est propē existentem.
 Diuine Laertiade prudens Vlysses.
 Me autem rursus exitiosus uir quem putamus ipsi
 In thalamum. tu autem mihi uerum dic,
 Nunquid interficiam si potentior ero?
 An tibi huc ducam, ut iniustitias soluat
 Multas quantas hic operatus est tua in domo?
 Hunc autem, respondēs, allocutus est prudens Vlysses.
 Certe ego & Telemachus procos superbos
 Retinebimus intra domos furentes:

Melanthius armis iſtruit procos.



Vos autem auertentes pedes & manus desuper
In thalamum mittite: tabulas autem ligate à tergo.
Catenam autem plicatam ex ipso penetrantes
Columnnam in altam trahite, propinquate trabibus,
Ut diu uiuus existens graues dolores patiat. (diu erunt.)

Sic dixit. hi àt igitur huc ualde quæ audierunt et obca
Perrexerunt àt ire in thalamū. sefellerunt àt ipsum itus exi
Certe hic quidē thalami cōclauī in arma querebat. (stete.)
Hi autem steterunt utrinq; apud limina manentes,
Quādo in pauimentum ibat Melanthius custos caprarū.
Altera quidem manu ferens pulchram galeam,
Altera autem scutum latum antiquū inquinatū siccitate,
Laërtis herois quod iuuenis portabat.

Subulci Me-
lanthiū uin-
ciunt.

Tū quidē iacebat, cōglutinationesq; solutæ erant lororū.
Iam tunc irruentes ceperunt, traxeruntq; ipsum intro
Per caput. in pauimento aut in terrā iecerunt dolētes cor.
Pedes autem manusq; colligauerunt tristi uinculo
Bene ualde uertentes totaliter sicut iusserat
Filius Laërtis pertolerans diuus Vlysses:
Catenam autem plicatam ex ipso tentantes,
Columnnam in altā traxerunt, propinquaueruntq; trabibus.

Hunc autem cauillans allocutus est Eumæus subulcus
Nunc quidem iā ualde oīno Melanthie noctem seruabis
Lesto in molli dormiens sicut decet:
Neq; te Aurora ab Oceani fluxibus
Latebit ueniens aurifedis, quando adduces
Capras procis domo in conuiuium laborare.

Sic hic quidē illic relictus ē extēsus pnicioso ī uinculo.
Hi autem in arma euntes, portamq; imponentes luctantem
Iuerunt in Vlyssē prudentem uersutum,

vbi

Vbi robur spirantes instabant. hi quidem in pauimento
Quatuor. hi autem intra domum multiq; & boni.
Hos autem propè filia Iouis uenit Minerua,
Mentori a similitate & corpore ac & uoce.

Hanc aut Vlysses letatus est uidens, & uerbum dixit.
Mentor expelle maledictionē. recordare aut socij dilecti.
Quæcunq; bona sacrificauī. cœtanea autem mihi es.

Sic dixit putans populorū saluatricē esse Mineruam.
Proci autem ex altera parte minabantur ex domo.
Primum hanc increpauit Damastorides Agelaus.

Mentor ne te uerbis persuadeat Vlysses
Procis pugnare auxiliari autem ei ipsi.

Ne enim nostram mentem perfici puto,

Quando hos interfecerimus patrem ac & filium,

nam autem tu his postea interficiaris: qualia cogitas?

nam autem domibus. tuo autem ipsius capite solues.

At postquam uestrum uiolentias abstulcrimus ære,

possessions quot tibi sunt quæq; intus, & quæ foris:

his autem Vlyssis commiscebimus: neq; filios

uicere in edibus sinemus, neq; filias,

neque uxorem prudentem in ciuitate uersari,

Sic dixit. Minerua autem irata ex animo magis,
increpauit autem Vlyssē iratis uerbis.

non amplius tibi Vlysses robur firmū, neq; aliqua forti-

Qualis, quā pro Helena alba ulnis bono patre nata (tudo

novem annis Troianis pugnaſti incessanter semper.

Multos autem uiros interfecisti in graui pugna.

Tuo autem capta est consilio Priami ciuitas lata uijs.

Quo iam nunc quā tuū populū, & possessiones peruenisti

contra procos lugēs fortis esse?

Hom. Odyſs.

BB

Minerua Mē
tori a similita-
ta.

Agelaus Mē
tori ne Vlyſ-
sem iuuēt



Sed age huc amice apud me sta, & uide opus:
Ut uideas qualis tibi in uiris inimicis
Mentor Alcimides beneficentia reddet.

Dixit & nodum omnino dedit mutabilem uictoriam.
Sed adhuc potentiamq; & fortitudinem tentabat
Et Vlyssis uel autem filij gloriosi.
Ipsa autem splendide in domus trabem
Sedit ruens hirundini similis contra.

Procos autem concitabat Damastorides Agelaus,
Eurynomusq;, & Amphimedon, Demoptolemusq;
Pisandrusq;, Polyctorides, Polybusq; bellicosus:
Hi enim procorum fortitudine erant egregie optimi.
Quicumq; adhuc uiuebant circa animas pugnabant.
Hos autem iam domuit arcus & frequentes sagittae.
His autem Agelaus dixit uerbum omnibus nuncians.

O amici iam retinebit uir hic manus innocuas,
Et iam ei Mentor quidem uenit inanes iactationes dicentis.
Hi autem soli relictii sunt in primis ianuis:
Ideo non simul omnes immittite lanceas longas.
Sed agite, in eum primum iaculamini, sicubi Iupiter
Det Vlysses percuti, & gloriam suscipere.
Horum autem aliorum non cura postquam hic ceciderit.

Sic dixit. hi autem igitur omnes iaculati sunt sicut iussit
Cupientes. haec autem multum uana fecit Minerva.
Horum alius quidem limen bene firmatae domus
Percussit. alius autem ianuam dense congruam.
Alius autem in pariete fraxinus cecidit ere grauis.
At postquam iam lanceas euitauerunt procorum:
His uerbis incepit per tolerans diuus Vlysses.

O amici iam quidem ego dicere & nobis

Procorum in turmam, qui prompti sunt
Nos interficere in prioribus malis.

Sic dixit. hi autem igitur omnes iaculati sunt acutas lanceas
Contra insipientes Demoptoleum quidem Vlysses: Euryades
Euriadem autem igitur Telemachus: Elatum autem Subulcus, Elatus & Pi
Pisandrum autem igitur interfecit boum bubulcus uir. sandrus occi-
Hi quidem postea simul omnes mordicus ceperunt magnam pa-
Proci autem igitur iuerunt domus intimam. (uimentum,
His autem igitur irruerunt, mortuis autem ex lanceis ceperunt.

Rursus autem proci iaculati sunt acutas lanceas
Cupientes. illas autem multum inanes posuit Minerva.
Horum alius quidem limen bene firmatae domus
Percussit. alius autem ianuam spissam congruam.
Alius autem in pariete fraxinus cecidit ere grauis.

Amphimedon autem igitur Telemachum percussit manum in
In superficie, extremam autem pellem lesit. (palma
Ctesippus autem Eumaeum super scutum lancea longa
Humerum extra tetigit. hoc autem super uolauit. cecidit autem
Hi autem rursus circum Vlysses prudentem uersutum (humum.

Procorum in turba iaculati sunt acutas lanceas. (ses,
Tunc rursus Eurydanata percussit urbium populator Vlysses
Amphimedonta autem Telemachus, Polybum autem Subulcus,
Ctesippum autem igitur postea boum bubulcus uir
Percussit in pectus iactans autem allocutus est.

O multum audax amator conuiciorum nunquam omnino
Obediens stultitiae ualde dic, sed Deis
Verbum uerte, quoniam multo potentiores sunt.
Hoc tibi pro pede hospitale quem dedisti
Diuo Vlyssi domum mendicanti.

Dixit igitur boum nigrarum bubulcus. at Vlysses



ODYSSEAE

Vulneravit Damastoridem cominus lancea longa.
Telemachus autem Euenoridem Liocritum percussit
Lancea medio uentre, penitus autem as transire fecit:
Cecidit autem pronus, terram aut percussit tota fronte.
Iam tunc Minerva corruptiua hominum Aegida sustulit
Alto ex fastigio. horum autem mentes timuerunt.
Hi autem fugerunt in domum boues tanquam gregariae,

Comparatio

Quas quidem dolosus aëstrus irruens agitauit
Tempore in uerno, quando dies longæ sunt.
Hi autem sicut uultures curuæ unguibus curuæ labris
Ex montibus uenientes in aues saltant.
Hæ quidem in campo nebulas timentes eunt.
Hæ autem has perdunt insilientes, neq; aliqua fortitudo
Fit, neq; fuga: gaudent autem uiri præda.
Sic igitur hi procos irruentes in domum *(indecent*
Verberabant conuersim. horum aut suspirium mouebatur *ur*
Capitibus uerberatis. pauimentu aut totu sanguine spar *gitur.*

Liodes sup=
plex orat v=
lyssem.

Liodes autem Vlyssis irruens cepit genua,
Et ipsum precans uerba uelocia allocutus est.
Oro te Vlysses. tu autem me uenerare, & mei miserere.
Nondum enim aliquam dico mulierum in domibus
Dicere: neq; aliquid facere iniustum, sed & aliò
Sedau procos quicumq; talia faceret.
Sed mihi non obediuerunt malis à manus tenerem:
Ideo & iniustitijs indecentem mortem secutus sum.
At ego cum his uates nihil faciens
Iacebo. sic non est gratia imposterum benefactorum.

Hunc autè toruè uidens allocutus est prudens Vlysses.
Siquidem iam cum his uates dicis esse,
Sepe curasti orare in domibus

X XXII.

Longè mihi reditus finem dulcis fieri.
Te autem uxoremq; dilectam sequi & filios parere.
Ideo non mortem grauem aufugies.
Sic igitur dicens ensem cepit manu forti
Iacentem quem Agelaus abiecerat humum
Interfectus, quo hunc in ceruicem mediam percussit.
Loquentis aut igitur huius caput pulueribus mixtum est.

Liodes occidi
tur

Terpiades autem cantor fugit mortem nigram
Phemius, qui caneat cum procis necessitate.
Stabat in manibus tenens citharam stridulam
Propè apud ianuam: bisariam autem mentibus cogitabat.
An egrediens domo Iouis magni ad aram
Aule sederet factam ubi multa
Laertes Vlyssesq; boum in crura combusserat.
An genibus precaretur ruens Vlyssem.
Sic autem ei cogitanti uisum est melius esse
Genua tangere Laertiadæ Vlyssis.
Certè hic citharam concauam deposuit humi
Medio crateræ & throni argentei clauis.
Ipse autem rursus Vlyssis ruens cepit genua.
Et ipsum precans uerba uelocia allocutus est.

Phemius mu
sicus Vlyssi.

Oro te Vlysses. tu autè me uenerare, & mei miserere.
Ipsi tibi in futurum dolo erit. si cantorem
Interficias, qui Deis & hominibus cano.
Ipse doctus sum: Deus autem mihi in mètibz cantilenas
Omnès produxit. uidetur autem tibi accinere
Tanquam Deo. ideo ne me cupias collo truncare.
Et Telemachus hæc dicit tuus dilectus filius,
Quod ego non uoluntarius in tuam domu, neq; indigens,
Veni procis cantaturus post conuiuium:



O D Y S S E A E

Sed multo plures & potentiores duxerunt necessitate.
Sic dixit. hunc autem audiuit sacra uis Telemachi.
Statim autem suum patrē allocutus est propē existētē.
Abstine, neq; item hunc in fontem percute ere.
Et præconem Medonta saluabimus, qui mei semper
Domo in nostra curam habuit pueri existentis:
Si iam non ipsum interfecit Philætius, uel Subulcus,
Vel tibi obuiauit ruenti in domo.

Sic dixit. hunc autē audiuit Medon prudentia sciens.
Cadens enim iacebat sub sede: circum autem pellem
Indutus bouis nuper excorticatam fugiens mortē nigram.
Statim autē à throno surrexit: cito autē expoliari uoluit
Telemachum autem postea ad ruens cepit genua,
Et ipsum precans uerba uelocia allocutus est.

Phemius & Medon à Telemacho seruantur.
O amice ego quidē hic sum. tu autē tenearis. dic autem
Ne me circa potentias ledat acuto ere (patri)
Viris prociis iratus, qui ei totonderunt
Res in domibus: te autem stulti nihil honorauerunt.

Hunc autem subridens allocutus est prudens Vlysses.
Fide quoniam te hic liberauit & saluauit,
Ut noscas in animo, & dicas, & alij
Mala operatione bona operatio melior.
Sed exeuntes domibus sedete foris
Ex cæde in aula, tuq; & multum famosus cantor:
Ut ego in domo laborem quod me oportet.

Sic dixit. hi autem exiuerunt domo euntes.
Sederunt autem igitur hi Iouis magni ad altare
Undiq; aspicientes cædem expectantes semper.
Aspiciebat autē Vlysses ad suā domū si quis adhuc uiuorū
Viuus sublateret fugiens mortem nigram.

X XXII.

196

Hos autem uidit ualde omnes in sanguine, & pulueribus
Cadentes multos, sicut pisces quos piscatores
Concauum in littus album extra mare
Rete extraxerunt multo foraminibus: hi autem omnes
Undas maris cupientes in arenis fusi sunt:
Horum quidem Sol lucens abstulit animum.
Sic tunc igitur proci adinuicem fusi erant.

Iam tunc Telemachum allocutus est prudens Vlysses. Vlysses Eury-
Telemache cia age mihi uoca nutricem Eurycleam, cleam accer-
Ut uerbum dicam, quod mihi in animo est. siri iubet.

Sic dixit. Telemachus autem dilectio obediuit patri.
Mouens autem ianuam allocutus est nutricē Eurycleam.
Eia iam mouere anus diu generata, quæ mulierum
Familiarum speculatrix es in domibus nostris,
Veni, uocat te pater meus, ut aliquid dicat.

Sic locutus est. huic autem uelox fuit uerbum.
Aperuit autem ianuas domorum bene habitatarum.
Perrexit autem ire. at Telemachus ante præibat.
Inuenit postea Vlysses cum interfectis mortuis,
Sanguine & puluere inquinatum tanquam leonem,
Qui comesturus bouem uenit pernoctantem in agro:
Omne autem igitur ei pectusq; genæq; utrinq;
Cruentæ sunt: grauis autem in uultum uideri.
Sic Vlysses inquinatus erat pedes & manus desuper.
Hæc autē postq; igitur mortuosq; & magnū in spexit san-
Ruit ululare, quoniam magnum uidit opus. (quinem,
Sed Vlysses prohibuit, & tenuit cupientem.
Et ipsam uociferans uerba uelocia allocutus est.
In animo anus gaude & abstine, neque ulula.
Non pietas interfectis in uiris orare.



Hos autem parca domuit Deorum & impia opera.
Non aliquem enim honorabant terrestrium hominum,
Non malum, neq; quidē bonum qui ad ipsos peruenerunt:
Ideo & peccatis indecentem mortem affecuti sunt.
At age mihi tu mulieres in domibus dic,

Quæ me inhonorant, & quæ peccantes sunt.

Hunc autē rursus allocuta est dilecta nutrix Euryclea.
Tibi enim ego tibi fili ueritatem dicam.

Quinquaginta tibi sunt in domibus mulieres
Famule. has quidem opera docuimus operari,
Lanasq; extendere, & seruitutem tolerare.

Harum duodecim omnes impudentias iniuerunt,
Neque me honorantes, neque ipsam Penelopen.

Telemachus autē nuper quidē auctus est, neq; ipsum mater
Imperare fuit in famulis mulieribus.

Sed age ego ascendens superiora splendida

Dicam tuæ uxori cui aliquis Deus somnum immouit

Hanc autem, respōdens, allocutus est prudens Vlysses.
Nondum hanc excita, tu autem huc dic mulieribus
Venire, quæ antea indecentia operatæ sunt.

Sic dixit, anus autem per domum exiit
Nuncians mulieribus, & mouens ire.

At hic Telemachus, & Bubulcum, & Subulcum
Ad se uocans uerba uelocia allocutus est.

Incipite mortuos portare, & tubete mulieres.

Vlysses iubet
mortuos ef-
ferri.

At postea thronos pulchros, & mensas
Aqua, & spongijs multis foraminibus purgare.
At postquam iam totam domum ornaucrunt,
Famulas educentes stabilis domus
Mediæq; testudinis, & boni septi aulæ

Interficite ensibus longè acutis, donec omnium
Animas auferatis & obliuiscantur Veneris,
Quam à procis habuerunt, mixtæ suntq; clam.

Sic dixit, hæ autem mulieres congregatæ uenerunt oēs
Grauiter lugentes, teneram lachrymam defundentes.

Primum quidē igitur mortuos portauerunt interfectos,

Sub autem porticu deposuerunt bene septæ aulæ

Adiuicem innitentes, imperauit autem Vlysses

Ipsè iens, hæ autem exportabant & necessitate.

At postea thronos pulchros, & mensas

Aqua, & spongijs multis foraminibus purgarunt.

At Telemachus, & Bubulcus, & Subulcus

Scopis pauimentum prudenter factæ domus

Verrebant: hæ autē exportauerunt famule: posuerunt autē

At postquam omnem domum ornaucrunt

(foris.

Famulas educentes stabilis domus

Mediæq; testudinis, & boni septi aulæ,

Loco in stricto unde non aliquo modo erat fugere.

His autem Telemachus prudens incepit dicere.

Non quidem iam pura morte animum auferam

Harum, quæ iam meo capiti opprobria fuderunt,

Matriq; meæ, apudq; procos dormiebant.

Sic dixit & funem nauis nigre

Columna ex suspendens magna iecit nigra

Atq; extendens, ne qua pedibus terram tangeret.

Sicut autē quando uel turdelle extensæ alis, uel columbæ

cepto in percutiunt quod stat in luo

bulin intrantes, odiosum autem susceptum est cubile.

Sic hæ ordinatim capita habebant, circum autē omnibus

Collis laquei erant, ut miserrimè morerentur.

Impudicæ fa-
mula laqueo
suspenduntur



ODYSSEAE

Melanthius
trucidatur

Tremebant autem pedibus paululum non ualde diu.
Educent autē Melanthium in uestibulumq; & aulā:
Hoc autem ab quidem naresq; & aures saevo ere
Inciderunt: genitaliaq; extraxerūt canibus cruda comedi.
Manusq; & pedes inciderunt irato animo.
Hi quidem postea abloti manusq; pedesq;
In Vlyssēam domum iuerunt, perfectum est autem opus.
At hic allocutus est dilectam nutricem Eurycleam.

Ignē lustran-
tur aedes.

Porta sulfur anus malorū medelā. porta autē mihi ignē
Ut fumigem domum. tu autem Penelopen
Venire huc iube cum ancillis mulieribus:
Omnes autem moue famulas in domum uenire.

Hunc autē rursus allocuta est dilecta nutrix Euryclea,
Certē iam haec fili mi secundum decens dixisti:
Sed age lenamq; chitonamq; ue simenta portabo.
Non autem sic uestibus tectus, latos humeros
Sta in domibus. reprehensibile autem esset.

Hanc autem rursus allocutus est prudens Vlysses.
Ignis nunc mihi primum in domibus fiat.

Sic dixit. neq; non obediuit dilecta nutrix Euryclea.
Portauit autem igitur ignem & sulfur. at Vlysses
Bene adoleuit domum amplam, & domum, & aulam.

Anus autē rursus ascendit per domos pulchras Vlysses,
Nunciāns mulieribus, & mouens ire.

Hæ autem iuerunt domum tædas in manibus tenentes.
Hæ quidē igitur circūfundebantur & salutabāt Vlyssēam
Et osculabantur amplectentes caputq; & humeros,
Manusq; capientes. hunc autem dulce desiderium cepit
Fletus & suspirij. nouit autem igitur mentibus omnes.

Y XXIII.

ARGUMENTVM. Y. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Agnitio Vlyssis apud uxorem; & erroris narrationum breuis
narratio: Et Vlyssis & Telemachi cum domesticis exitus.

ODYSSEAE. Y. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Si autem, agnoscit maritum suum quondam Penelope.



NVS Autem in superiora ascendit
cachinans,
Hæc dictura dilectum maritum in-
tus existentem.
Genua autem firma habebat, pedes
autem sufficientes erant.

Et ait autē igitur super capite, & ipsam ad uerbū dixit.
Surge Penelope dilecta filia, ut uideas
oculis tuis, quæ cupiebas dies omnes.

Uenit Vlysses, & domum applicuit serò licet ueniens:
Procos autem interfecit superbos, qui suam domum
destruebant, & res comedebant, uiolabantq; filium.

Hanc autem rursus allocuta est prudens Penelope.
Nutrix dilecta insanam te Dei fecerunt, qui possunt
insipientem facere, & prudentem ualde existentem:

Euryclea nū
ciat Penelo-
pe Vlyssēam
rediisse

Penelope
Vlyssēam re-
diisse non cre-
dit.



Et insipientem prudentiam inire fecerunt.
Qui te laeserunt: antea autem mentibus bona eras.
Cur me ledis per dolentem animum habentem
Hæc dicens? & ex somno suscitatus
Dulcis qui me ligauit dilectas palpebras complectens.
Nondum enim tantum dormiui ex quo Vlysses
luit uisurus malum Ilium non nominandum.
Sed agè nunc descende, & retro uade domum.
Si enim aliqua me alia mulierum, quæ mihi sunt
Hæc ueniens nunciasset, & ex somno excitasset,
Ideo cito odiosè ipsam ego remisissim ire
Rursus intra domos. te autem hæc senectus iuuat.

*Euryclea Pe
nelope* Hanc autè rursus allocuta est dilecta nutrix Euryclea.
Non te ledo filia dilecta: sed uerè tibi
Venit Vlysses, & domum suscepit sicut dico.

Hospes quem omnes inhonorabant in domibus.
Telemachus autem igitur diu cognouit intus existentem.
Sed prudentijs cogitationes patris occultabat,
Ut uiuorum puniret uiolentias superbiorum.
Sic dixit. hæc autem letata est à lecto saltans
Anum circumplexa. à palpebris autè lachrymam misit,
Et ipsam uociferans uerba uelocia allocuta est.

*Penelope nu
trici.* Eia agè iam mihi nutrix dilecta uerum dic.
Si uerè iam domum uenit ut dicis,

Quomodo iam proci impudentibus manus immisit
Solus existens. hi autè semper congregati intus manebant.

*Euryclea Pe
nelope* Hanc autè rursus allocuta est dilecta nutrix Euryclea.
Non uidi, non audiui, sed suspirium solum audiui
Interfactorum. nos autè in secessu thalamorū bene factiorum
Sedebamus timentes: tabula autè tenebant bene congrua.

Antea, quando iam me tuus filius à domo uocauit
Telemachus: hunc enim præmisit uocare.
Inueni postea Vlysses inter interfectos mortuos
stantè. hi autè ipsum circū lapidibus stratū pauimentū tenè
lacebant adinuicè. tu uidēs autè animū exhilarabis. (ts
Nunc hi quidem iam omnes in aularibus ianuis
congregati. at hic domum fumigat perpulchram
ipsum magnum accédens. te autè me præmisit uocare.
sed sequere, ut uobis letitia ineatis
Ambo uos dilecto corde, quoniam mala multa passi estis.
Nunc autem iam hoc longum desiderium perfectum est.
Inuenit quidem ipse uiuus domesticus: inuenit autem & te
et filium in domibus: malè autem super ipsum fecerant
proci, quos omnes puniuit sua in domo.

Hanc autem rursus allocuta est prudens Penelope.
Nutrix dilecta nondum ualde contra gloriæ ridens.
Sic enim quòd gratus in domo appareret
in domibus: maxime autè mihiq; & filio quem genuimus.
sed non est hoc uerbum uerum, sicut dicis.

sed aliquis immortalium interfecit procos superbos
curiam admirans, animi dolores, & mala opera.
non aliquem enim honorabant terrestrium hominum,
non malum, neq; quidem bonum quicumq; ipsos aduenit.
sed in iustitiæ passi sunt malum. at Vlysses
perdidit longè reditum græciæ: periit autem ipse.

*Penelope Eu
riclea.* Huic autem postea respondit dilecta nutrix Euryclea.
Filia mea quale te uerbum fugit septum dentium,
que maritum intus existentem in foco nunquam dicis
domum esse uerturū. animus autè tibi semper incredulus.
sed agè tibi & signum permanifestum aliud dicam.

*Penelope Eu
riclea.*

*Euryclea Pe
nelope*



Cicatricem quam quondam ipsum sus percussit albo dicit.
Hanc abluens agnoui. uolebam autem tibi ipsa
Dicere: sed me ille capiens in ore manibus
Non fuit prudentijs mentis.
Sed sequere. at ego me circum concedam ipsam
Si te decepero, interfice me miserrima morte.

Huic autem respondit postea prudens Penelope.
Nutrix dilecta difficile Deorum semper genitorum
Consilia trahere ualde multum scientem existentem.
Sed tamen eamus ad filium, ut uideam
Viros procos interfectos, & qui interfecit.

Sic dicens descendit superiora. multa autem ei cor
Mouebat, an longè dilectum cor interrogaret,
An astant oscularetur caput & manus capiens.
Hec aut postq̄ ingressa est, et trāsiuit lapideū pauimentū,
Sedit postea Vlyssē contra in ignis splendore
Parietis alterius. hic autem igitur ad columnam longam
Sedebat deorsum uidens, expectans si ipsum alloqueretur
Fortis uxor, postquam uidit oculis.

Hec autem tacita diu sedit: stupor autem ei cor cepit.
Aspectu autem aliquando ipsum clare uidebat,
Aliquā autē ignorabat mala corpori uestimēta habentem.
Telemachus aut locutus est, uerbūq; dixit, denominantēq;
Mater mea mala mater seuum animum habens,
Cur sic patre separaris? neque apud ipsum
Sedens uerbis interrogas: neq; scrutaris?
Non quidem alia sic mulier tolerabili animo
Viro abstineret, qui ei multa mala laborans
Venisset uigesimo anno patriam terram.
Tibi autem semper eor durius est lapide.

Penelope sub
dubitans acce
dit Vlyssē.

Hunc autem rursus allocuta est prudens Penelope.
Fili mi animus mihi in pectoribus stupefactus est:
Neq; dicere possum uerbis, neque interrogare
Neque in uultum uidere contra si uerè iam
Est Vlysses, & domum uenit: certe ualde nos
Cognoscemur inter nos & melius. sunt enim nobis
Signa, quæ iam & nobis abscondita scimus ab alijs.

Sic dixit. risit autem pertolerans diuus Vlysses.
Statim autem Telemachum uerba uelocia allocutus est.

Telemache certe matrem in domibus dimitte
Tentare me. forsā autem agnoscet, & melius.
Nunc autē qđ sordeo, mala autē corpori uestimēta indutus
Ideo in honorat me, & nondum dicit hunc esse. (Sum,
Nos autem consultemus ut ualde optima fiant.
Etenim aliquis unum uirum interficiens in populo,
Cui non multi sint adiutores retro,
Fugit, affinesq; relinquens & patriam terram:
Nos autem sustētaculum ciuitatis interfecimus, qui ualde
Iuuenum in Ithaca: ideo consulere iubeo. (optimi

Hūc autē rursus Telemachus prudēs cōtra locutus est.
Ipse hęc uideas pater dilecte: tuum enim optimum
Consilium in hominibus dicunt esse: neq; aliquis tibi
Alius uir contendat mortalium hominum.
Nos autem prompti simul sequemur, neq; aliquid dico
Fortitudine indigere quanta potentia adest.

Hunc autē, respondens, allocutus est pertolerās Vlysses.
Tibi enim ego dico, ut mihi uidetur esse optima.
Primum quidem lauamini, & induimini uestes:
Farnulasq; in domibus iubete uestimenta capere.
At diuinus cantor tenens citharam stridulam



Simulantur
in edibus nu
ptie ppter
tumultum.

ODYSSEAE

Nobis praeat amatrice ludorum saltatione:

Vt aliquis dicat nuptias esse extra audiens,

Vel per uiam iens, uel qui circum habitant:

Ne antea fama lata cedis in ciuitate fiat

Virorum procorum, quam nos eamus extra

Agrum in nostrum arboriferum, illic aut postea

Consultabimus quod utile Olympius praebebit.

Sic dixit, hi autem igitur huc ualde quae audiuerunt et obe-

Primum quae igitur loti sunt, et induti sunt uestes: (diuerunt,

Parate sunt autem mulieres, ipse autem cepit diuinus cantor

Citharam concinam, in autem ipsis desiderium mouit

Cantusque, dulcis, et strenue saltationis.

His autem magna domus strepebat pedibus

Virorum ludantium, pulchritudinumque, mulierum.

Sic autem aliquis domos extra audiens.

Certe ualde iam duxit uxorem, multis petitam Reginam.

Misera, non tolerauit mariti sui primi

Custodire magnam domum continue quousque ueniret.

Sic igitur aliquis dixit, haec autem non cognouerunt sicut facta sunt.

Ast Ulysses magnanimum sua in domo

Eurynome gubernatrix lauit et unxit oleo.

Circum autem ipsum pallium pulchrum iecit et uestem.

Post haec in capite fudit multa pulchritudinem Minerva,

Maioremque, inspicere, et pinguiorem: in autem capite

Tenuis misit comas uiolaceo flori similes.

Sicut autem quando aliquis aurum circumfudit argento uir

Sciens, quem Vulcanus docuit et Pallas Minerva

Artem omnigenam: gratiosa autem opera perficit.

Sic quidem huic circumfudit gratiam capitique, et humeribus.

Et balneo autem exiuit corpore immortalibus similis.

Iterum

Iterum autem rursus desedit in sede unde surrexerat,
Contra suam uxorem, et ipsam ad uerbum locutus est.

Felix supra tibi mulierum effeminatarum
Cor durum posuerunt olympias domos habitantes.

Non quidem alia sic mulier tolerabili animo
Viro abstineret, qui ei mala multa laborans

Veniret uigesimo anno in patriam terram.

Sed age mihi nutrix sterne lectum, ut et ipse

Dormiam, certe enim huic ferreus in pectoribus animus.

Hunc autem rursus allocuta est prudens Penelope.
Felix non nuper magnifico, neque paruifacio,

Neque ualde admiror, ualde autem bene scio qualis erat
Ex Ithaca in nauis iens longa remis.

Sed age ei sterne bonum lectum Euryclea
Intra stabilem thalamum quem ipse fecit:

Ubi ei extra ponentes bonam lecticam iaciteque, lectum,
Pelles et Lenas, et cooperimenta splendida.

Sic dixit maritum tentans, at Ulysses
Uxorem allocutus est prudentias scientem.

O mulier certe ualde hoc uerbum triste dixisti.
Quis autem mihi alibi poneret lectum, difficile autem esset

Et ualde scienti, quando non Deus ipse ueniens
Facile uolens ponet alio in loco.

Virorum autem non aliquis uiuus homo, neque ualde pubescens
Facile moueret, quoniam magnum signum factum est

In lectica laborata, hanc autem ego feci, neque aliquis alius:
Arbusecula erat extensa folijs oliuae septum intra,

Florens, uirescens: grossa autem erat tanquam columna:
Huic autem ego ieci thalamum meum donec perfeci

Densis lapidibus, et bene desuper texi.

Hom. Odys.

CC

Ulysses uxori.

Ulysses lectum suum conuulgalem describit



Compactas autem imposui ianuas spisse factas.
Et tunc postea incidi comam folij longæ oliuæ.
Truncum autem ex radice incidens circum poliui ense
Bene & scienter, & in lineam direxi
Fulcrum faciens terebraui autem omnia terebro.
Ab autem hoc incipiens lecticam poliui quousq; per feci
Variam auroq; & argento, & ebore.
Extra autem extendi pellem bouis purpure splendidam.
Sic tibi hoc signum dico, neq; scio.
Si mihi adhuc firma est mulier lectica, an aliquis iam
Virorum alibi posuerit incidens à radice oliuæ.

Penelope ex signis Vlysem certe cognouit.

Sic dixit. huius illic soluta sunt genua & dilectum cor,
Signa recognoscentis, quæ ei firma dixit Vlysses:
Lachrymans aut postea recta cucurrit, circū autē manus
Collū iccit Vlysi: caput autem osculata est, & uultus.
Ne mihi Vlysse irascere, quoniam alijs maxime
Hominum prudens fuisti. Dei autem dederunt æriantem,
Qui nobis inuiderunt adinuicem manentibus.
Iuuentute delectari, & senectutis limen peruenire.
At non nunc mihi hoc irascere, neq; reprehende,
Quoniam te nō primum postquam uidi sic amplexa sum.
Semper enim mihi animus in pectoribus dilectis
Tremebat, ne me quis hominum deciperet uerbis
Veniens, multi enim malas astutias cogitant.
Neq; autem Argiua Helena Ioue nata
Viro cum alieno mixta esset amicitia & lecto,
Si sciisset quod ipsam iterum bellicosi filij Achiuorum
Ducere domum dilectam in patriam debebant.
Hanc autem facere Deus mouit opus indecens.
Hanc autem nocumentum antea suo imposuit animo

Graue, ex qua primum, & nos aduenit dolor.
Nunc aut postquam iam signa ualde manifesta dixisti
Lecti nostri, quem non homo alius uidit,
Sed soli tuq; ego & ancilla una sola
Actoris, quam mihi dedit pater adhuc huc uenienti,
Quæ nobis saluabat ianuas boni cubiculi.
Persuades iam meum animum seuum ualde existentem
Sic dixit. huic aut adhuc magis de syderiū mouit luctus.
Flebat autem habens uxorem gratā prudentias scientem.
Sicut autem quando libenter terra natantibus apparet,
Quorum neptunus bene factam nauem in ponto
Corrupit impulsam uento, & unda nigra.
Pauci autem effugiunt album mare in terram
Natantes: multa autem circa corpus uersa est salsugo.
Leti autem adiuerunt terram malum fugientes.
Sic igitur huic gratus erat maritus inspicienti.
Collo autem nondum omnino remouebat brachia alba.
Et lugentibus apparuisset rosea Aurora,
Nisi alia cogitasset Dea cæsia Minerua.
Noctem quidē in trāsitu logā tenuit. Aurorā aut rursus
Custodiuit in Oceano auream sede, neq; sinebat equos
Coniungi ueloces pedibus lumen hominibus portantes
Lampum & Phætona, qui auroram iuuenes ducunt.
Et tunc igitur suam uxore allocutus est prudens Vlysses
O mulier nondum enim omnium in fines certaminū
Venimus, sed adhuc in futurum immensus labor est,
Multus & difficilis, quem me oportet omnem perficere.
Sic enim mihi anima dixit Tiresia,
Die quo quando iam descendi domum inferni intra,
Reditum socijs querens, & mihi ipsi.

Lampus &
Phæton eq
Aurora.



Sed ueni lectum autem eam uxore ut & iam
Somno sub dulci delectemur dormientes.

Hunc autem rursus allocuta est prudens Penelope.
Lectus quidem iam tibi erit, quando animo
Tuo uolueris, postquam te Dei fecerunt uenire
Domum bene edificatam, & tuam in patriam terram.
Sed quoniam cognouisti, & tibi Deus iniecit animo:
Dic age mihi certamen, quoniam & in futurum puto
Audiam, statim autem est scire non potius.

Hanc autem, respondens, allocutus est prudens Ulysses.
Felix cur igitur me ualde hortans iubes
Dicere, at ego dicam, neque celabo.
Non quidem tibi animus letabitur, neque enim ipse
Letabor, quoniam ualde multas hominum in ciuitates iubebat
Venire in manibus habentem aptum remum.
Donec hos aduenire, qui nesciunt mare
Utros, neque salibus mixtum cibum edunt,
Neque sciunt naues purpureas rostris,
Neque aptos remos, qui ale nauibus sunt.

Signum autem mihi hoc dixit per manifestum, neque te celabo:
Quando iam mihi obuians alius uator
Apparebit fircam tenere in illustri humero.
Et tunc me in terra figentem iussit remum
Sacrificantem sacra bona Neptuno Regi,
Agnum, taurumque, porcasque ascendentem aprum:
Domum autem abire facere sacras hecatombas
Immortalibus Deis, qui celum latum habitant,
Omnibus ualde ordnatim, mors autem mihi ex mari iussit
Debilis ualde talis ueniet, quae me interficiet
Senectute sub matura laesum, circum autem populi

Beati erunt, haec autem mihi dixit omnia perfectum iri.

Hunc autem rursus allocuta est prudens Penelope.
Siquidem iam senectutem Dei perficient meliorem:
Spes tibi postea malis fugam fore.

Sic hi quidem talia inter se dicebant.
Interim autem Eurynomeque & nutrix parabant lectum
Veste molli tædis sub splendentibus.

At postquam strauerunt densum lectum festinantes:
Anus autem iens iterum domum iuit.

His autem Eurynome cubicularia praebat
Euntibus lectum tædam in manibus tenens.

In thalamum autem ducens iterum abiit, hi quidem postea
Leti lecti antiqui consuetum iuerunt.

At Telemachus, & Bubulcus, & Subulcus
Cessare fecerunt saltatione pedes, cessare fecerunt autem mulieres.
Ipsi autem dormierunt in ædibus umbrosis.

Hi autem postquam igitur amicitia delectati sunt desiderata,
Versi sunt uerbis mutuo loquentes.

Hec quidem quaecumque in domibus tolerauit diuina mulierum
Virorum procorum inspiciens exitiosam multitudinem,

Qui sui gratia multas boues, & pingues oues
Ingulauerunt, multum autem doliorum haustum est uini.

At hic diuus Ulysses quoscumque dolores posuit
Hominibus, quascumque ipse ærumnas passus est,

Oia dixit, haec autem igitur delectata est audiens, neque ei somnium
Cecidit in palpebris ante narrare omnia. (nus

Incepit autem quomodo primum Ciconas domuit, at postea
Venit Lotophagorum uirorum pinguem terram.

Et quaecumque Cyclops fecit, et quomodo retribuit poenam
Fortium sociorum, quos comedit, neque misertus est.

Ulysses enarra-
rat uxori suos
errores.



O D Y S S E A E

Et quomodo Aeolum iuit, qui ipsum proptus suscepit,
Et misit, neq; parca dilectam in patriam ire
Siuit: sed ipsum rursus rapiens procella
Pontum in piscosum tulit ualde suspirantem.

Et quomodo longam portis Lastrigoniā aduuit,
Qui naues perdidit & fortes socios
Omnes: Vlysses autem solus aufugit naue nigra.

Et Circes narrauit dolum: multam inuentionemq;
Et quomodo inferni domum iuit latam,
Animam interrogaturus Thebani Tiresia
Naui multiseda: & inspexit omnes socios,
Matrēq; quae ipsū peperit, & nutriuit parvulū existētē.

Et quomodo Sirenum congregantium uocem, audiuit,
Quomodoq; iuit erratiles petras graueq; Charibdim,
Scyllamq;, quam nullo modo sine morte uiri fugerunt.
Et quomodo Solis boues interfecerant socij.

Et quomodo nauem uelocē percussit ardenti fulmine
Iupiter altitonans: longē autem corrupti sunt boni socij
Omnes simul, ipse autem malas mortes subter fugit.

Quomodoq; iuit Ogygia insula nymphaq; Calypsonē,
Quae ipsum detinuit cupiens maritum esse
In speluncis concauis: & cibauit: & dixit
Facere immortalem, & non senescentem dies omnes.
Sed huic nunquam animum in pectoribus persuasit.

Et quomodo in Phaeaces peruenit multa passus,
Qui iam ipsum circa cor Deum tanquam honorauerūt:
Et miserunt cum naui dilectam in patriam terram,
Aes, aurumq; sufficienter, uestemq; dantes.

Hoc igitur ultimū dixit uerbū, quādo ei dulcis somnus
Solutiuus membrorum irruit, soluensq; curas animi.

Hec autem rursus alia cogitauit D. a caesia Minerua.
Quando iam Vlysses putabat suo in animo
Lecto suae uxoris delectari, ac & somno:
Statim ab Oceano aurithronam matutinam
Mouit, ut hoibus lumē portaret. surrexit aut Vlysses
Lecto ex molli uxorem autem in uerbum mandauit.

O uxor, iam quidē multū satiati sumus certaminibus
Nos ambo, tu quidem hic meum multum curis reditum
Flens, at me Iupiter doloribus, & Dei alij
Desyderantem impedierunt mea à patria terra.
Nunc autē postquā ambo perdesyderatū uenimus lectū,
Res quae mihi sunt cura in domibus.

Oues autem quas mihi proci superbi consumpserunt,
Multas quidem ipse ego praedabor, alias aut Achij
Dabunt donec omnia implebunt stabula.

Sed certe quidem ego multum arboribus agrum uado,
Visurus patrem bonum, qui mihi frequenter dolet.
Tibi autem uxor hoc mando prudenti existenti.

Statim enim fama ibit simul Sole ascendente
Virorum procorum quos interfeci in domibus.

Vade superiora ascendens cum ancillis mulieribus
Sedere: neq; aliquem ante uideas, neq; interroga.

Dixit, & circum humeros indutus est arma pulchra.
Mouit autem Telemachum, & Bubulcum, & Subulcum:
Omnes autem arma iussit bellicosa manibus capere.

Hi autem ei non imperuasi sunt: armati sunt autem ere.
Aperuerunt aut ianuas, & exiuerunt, praeciuit aut Vlysses.
Iam quidē lumen erat in terram, hos autē igitur Minerua
Obscuritate cooperiens cito eduxit ciuitate.

Vlysses egre-
ditur ad pa-
trem



ARGVMENTVM. Ω. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Has horum procorum animas Mercurius in infernum deducit.
Et recognitio Vlyssis fit ad patrem Laerten. Et turbationem
Ithaceis factam in procorum interitu, Minerua impedit.

ODYSSEAE Ω. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Omega aut, Vlysses cum patre & filio pugnat Achiuis.



MERCVRIVS Autem animas
Cylleniū euocauit
virorum procorum. tenebat autem
uirgam in manibus
Pulchram auream: hac hominū octo
los mulcebat

Quorū uolebat, hos aut rursus & dormiētes suscitabat.
Hac mouens, hae aut frementes sequebantur.
Sicut autem quando uestertiliones secessu antri magni
Strepentes uolant postquam aliquis cadere fecit
Multitudine ē petra: supraq; mutuo tenentur.
Sic hae frementes simul ibāt: praebat autem igitur ipsis
Mercurius soporantes ad latas uias.

Mercurius P
corū animas
ad inferos de
ducit

Apud autem ibant Oceani fluxus & albam petram,
Et apud Solis ianuas, & populum somniorum
Ibant. statim autem peruenerunt in herbosum pratam,
Vbi habitant animae simulachra laborantium.

Inuenerunt autem animam Pelidae Achillis,
Et Patrocli, & strenui Antilochi,
Aiacisq; qui optimus erat speciq; corporeq;
Aliorum Danaorum, post strenuum Peliona.

Danaum ani
ma.

Sic hic quidem circa illum uersabantur, propè autem
Iuit postea anima Agamemnonis Atride
Dolens. circū autē aliae congregatae sunt quaecūq; cū ipso
Domo in Aegisthi mortui sunt, & mortē cōsecuti sunt. Achillisūbra
Hunc prior anima allocuta est Pelionis.

Atride supra quidē te dicebamus Ioui gaudēti fulmine
Viro heroas dilectum esse diebus omnibus:

Quoniam multiq; & fortibus imperabas
Populo in Troianorū, ubi passi sumus dolores Achiui.

Certē igitur & tibi primum astare debebat

Parca perniciofa, quam nullus fugit quicūq; natus est.

Vitam debuisses honore iuuatus quo imperabas

Populo in Troianorum mortem & fatum consequi.

Quo tibi sepulchrum quidem fecissent omnes Achiui,

Ac & tuo filio magnam gloriam dedisses in futurum.

Nunc autem igitur te miserrima morte fatatū erat capi.

Hunc autem rursus anima allocuta est Atride.

Atridis ani
ma achilli de
cius funere

Beati Pelei fili Deis similis Achille,

Qui mortuus es in Troia longē Argo: circū autē te alij

Interfecti sunt Troianorū, & Achiuorū filiorū optimi,

Pugnantes circum te. tu autem reuolutione pulueris

lacebas magnus oblitus equitatum.

Nos autem toto die pugnabamus: neq; omnino

Cessauissemus à bello, nisi Iupiter turbine sedasset.

At postquam te ad naues portauimus ex bello:

Deposuimus in lectis purgantes corpus pulchrum.



Aquaq; calida & unguento, multas autem te circum
Lachrymas calidas fundebat Danaï, totonderūtq; crines.
Mater autem ex mari uenit cum immortalibus marinis
Nuncium auditura. uox autem in mare ruerat
Magna. suscepit autem tremor omnes Achiuos:
Et ruentes iuissent concauas in naues,
Nisi uir detinuisset antiquaq; multaq; sciens
Nestor, cuius & antea optimum apparuit consilium:
Qui ipsis bene prudens conconatus est, & dixit.
Tenemini Argiui: ne fugite filij Achiuorum.
Mater ex mari hæc cum Deabus marinis
Venit suo filio mortuo obuiatura.

Sic dixit. hi autē retēti sunt timore magnanimi Achiui.
Circum autem te steterunt filie Marini senis
Miserabiliter lugētes: circū at̄ imortales uestes iduerunt.
Musæ autem nouem omnes mutatae uoce pulchra
Lamentabantur: tunc nullum illachrymē intelligeres
Argiuorum: tale enim mouerat musa stridula:
Septem & decem quidem te simul noctesq; & dies
Fleuimus: immortalesq; Dij, mortalesq; homines.
Octaua & decima autē dedimus igni: multas autē in ipso
Oues tugulauimus ualde pingues & nigras boues.
Crembaris autem in ueste Deorum, & unguēto multo,
Et melle dulci, multi autem heroēs Achiui
Armīs irruerunt Pyram circum combusti,
Pedestresq; equestresq;: multus autem strepitus ortus est.
At postquam te flamma perfecit Vulcani,
Mane iam tibi collegimus alba ossa Achille.
Vino in puro & unguento. dedit autem mater
Aurcam amphoram: Dionysij autem donum

Achillis exequiæ

Dicebat esse: opus autem inelyti Vulcani.
In hac tibi iacent alba ossa illustris Achille.
Dixit im autem Patrocli Menœtiade mortui.
Separatim autē Antilochi, quē eximie honorabas omnium
Aliorum sociorum post Patroclum mortuum.
Circum ipsa autē postea magnū & excellens sepulchrum
Fudimus Argiuorum sacer exercitus bellicosorum
Littore in excelso in lato Helleponto:
Vt longē manifestus ex ponto uiris esset
His qui nunc nati sunt, & qui in futurum erunt.
Mater autem petens Deos per pulchra certamina
Fecit medio in certamine optimis Achiuorum.
Iam quidem multorum sepulchro uiuorum obuiam
Heroum quando aliquando mortui Regis
Cingunturq; iuuenes & parant certamina.
Sed illa maxime uidens miratus fuisset animo,
Qualia in te posuit Dea per pulchra certamina
Argetea pedibus Thetis. ualde enim amicus eras Deis.
Sic tu quidē, neq; mortuus nomē pdidisti. sed tibi semper
Omnes in homines gloria erit bona Achille.
At mihi quæ hæc utilitas, quoniam bellum feci:
In reditu enim mihi Iupiter consultauit malam mortem
Aegisthi à manibus, & perniciose uxoris.
Sic hi quidem talia inter se loquebantur.
Propē autem ipsos uenit internuncius Argi necator
Animas procorum deducens Ulyssi domitorum.
Hi autem igitur stupefacti rectā uerūt postquā uiderūt.
Cognouit autem anima Agamemnonis Atride
Filium Melanthij per inelytum Amphimedonta.
Hospes enim erat Ithacæ in domo habitans.



O D Y S S E A E

Hunc prior anima allocuta est Atride.

Amphimedon quid patietes tenebrosam terram uenistis

Agamēnonis
anima Am-
phimedonti
proco.

Omnes electi & coetanei neque aliter

Discernens elegisset in ciuitate uiros optimos.

Nunquid in nauibus Neptunus domuit

Mouens molestos uentos & undas longas?

An iniusti uiri leserunt in terra

Boues circa interfectos, & ouium greges pulchros?

An pro ciuitate pugnantes & mulieribus?

Dic mihi interroganti, hospes autem dico esse.

An non recordaris, quando illuc ueni in uestram domum

Mouens Vlyssē cum diuo Menelao

Ilium ad simul sequi bonis sedibus in nauibus?

Mense autem toto omnem transiimus latum pontum

Festinatione persuadentes Vlyssē urbium populatorem.

Hunc autē rursus anima allocuta est Amphimedontis.

Memini hæc omnia Ioue nutrita sicut dicis.

Tibi autem ego bene ualde omnia uerè narrabo

Nostræ mortis malum finem qualis factus est.

Petebamus Vlyssis diu absentis uxorem:

Hæc neque negabat odiosas nuptias, neque perficiebat:

Nobis consultans mortem & parcam nigram.

Sed dolum hunc alium in mentibus cogitauit,

Statuens magnam telam in domibus texebat,

Tenuem & ultra mensuram: statim autem nobis dixit.

Iuuenes mei proci, quoniam mortuus est diuinus Vlyssēs

Manete festinantes meas nuptias, donec uestem

Perficiam, ne mihi uana fila pereant

Laerti heroi sepulchralem in quando ipsum

Parca perniciofa susceperit longè dormientis mortis:

Ne aliqua in populo græcarum accuset,
Si sine ueste iacebit multa possidens.

Sic dixit, nobis autem persuasus est animus superbus.
Tunc diurna quidem texebat magnam telam:

Noctibus autē dissoluebat postquam lapades apponebat.

Sic triennio latuit dolo, & persuasit Achiuos.

Sed quando quartus uenit annus, & uenerunt tempora,

Et tunc aliqua dixit mulierum, quæ manifestè sciebat.

Et hanc dissoluentem inuicimus illustrem telam.

Sic hanc perfecit & non uolens ex necessitate

Beneque, quæ uestem ostendit texens magnam telam.

Lauans Soli similem, uel Lunæ.

Et tunc iam Vlyssē mala aliunde duxit fortuna

Agri in extremitate, ubi domos habitabat Subulcus.

Illic uenit dilectus filius Vlyssis diuini,

Ex Pylo arenaosa rediens cum nauis nigra.

Hi autem procis mortem malam parantes

Venerunt ad ciuitatem ualde inchoam, & Vlyssēs

Posterior at Telemachus ante præcessit.

Hic autē Subulcus duxit mala corpore uestimēta habētē

Pauperi tristi similem, & seni

Incubētē, has at malas circū corpus uestes indutus erat.

Neque aliquis nostrum potuit cognoscere hunc existentē

Repente apparentemque, neque qui maiores natu erant,

Sed uerbis malis locuti sumus & percussionibus.

At hic quidem diu tolerauit in ædibus suis

Percussus, & iniuria affectus tolerabili animo.

Sed quando iam ipsum suscitauit Iouis mens ægiochi,

Cum quidem Telemacho per pulchra arma remouens

In thalamum deposuit, & clausit seras.



At hic suam uxorem multis astutijs iussit
Arcum prociis ponere, albumq; ferrum,
Nobis grauius morituris certamina & cadis precipiū.
Neq; aliquis nostrum potuit fortis arci
Neruum tendere: ualde autem impotentes eramus.
Sed quando manus peruenit Vlysis magnus arcus:
Tunc nos quidem omnes minabamur uerbis
Arcum non dari, neq; si ualde multum diceret.
Telemachus autem ei solus mouens iussit.
At hic suscepit manu perpatiens diuus Vlysses.
Facile autem tendit arcum, per autem misit ferrum.
Stetit aut in pauimentum iens, uelocesq; effudit sagittas
Grauius aspiciens, percussit autem Antimoum Regem.
At postea alijs immisit tela suspiriosa
Contra inspiciens, hi autem simul stricci cadebant.
Cognitum aut erat qd aliquis ipsis Deorū adiutor esset.
Statim enim in adibus sequentes fortitudine ipsorum
Interficiēbāt cōuersim, horū at suspiriū mouebatur inde
Capitibus pcutis, pauimētū at oē sanguine fluebat *(cēs)*
Sic nos Agamemnon perditū fuimus: quorū adhuc nunc
Corpora neglecta iacent in domibus Vlysis.
Nondum enim sciunt amict in domibus singuli,
Qui abluentes nigrum sanguinem ex uulneribus
Deponentes lugerent, hic enim honor est mortuorum.
Hunc autem rursus anima allocuta est Atridae.
Beate Laërtis filii prudens Vlysses:
Certe igitur cum magna uirtute possedisti uxorem,
valde bonae mentes erant irreprensibilis Penelopes
Filiae Icarij, ualde bene recordata est Vlysis
Viri iuuenis: quo ei gloria nunquam peribit

Sua uirtutis, facient autem in terrestribus cantilenam
Immortales gratam prudenti Penelope.
Non sic Tyndari filia, filia mala consultaui opera
Iuuenem interficiens maritum, odiosa aut cantilena
Erit in homines: difficilem autem famam praebet
Libidinosi mulieribus: & quae bona erit.
Sic hi quidem talia adinuicem loquebantur
Stantes in inferni domibus sub obscuritatibus terrae.
Illi aut postquam ex ciuitate iuerunt: cito in agrū perue
Pulchrum Laërtis factum: quem quondam ipse *(nerunt)* Vlysses ad pa
Laertes possedit postquam ualde multum laborauit. trem conten
Illi ei domus erat: circum autem sedem currebat omnino. dit.
In qua comedebant, & sedebant & dormiebant
Famuli necessarii, qui ei amica operabantur.
In autem mulier scula anus erat quae senem
Diligenter curabat in agro longē à ciuitate.
Tunc Vlysses pastoribus, & filio sermonem dixit,
Vos quidem nunc ite bene edificatum oppidum:
Coenam aut statim procorū sacrificate quicūq; optimus.
At ego patrem tentabo nostrum
Si me agnoscat, & animaduertat oculis:
An ignoret multo tempore longē existentem.
Sic dicens seruis bellicosa arma dedit.
Hi quidem postea domum uelociter iuerunt, at Vlysses
Cito iuit multum fructibus uiridarium tentaturus.
Neq; inuenit Dolium magnum uiridarium in descēdens,
Neq; aliquem seruorum neq; filiorum, sed hi
Sepis collecturi uiridarij esse septum
Iuerant, at hic his senex uia duxerat
Hic autem solum patrem inuenit bene facto in uiridario



O D Y S S E A E

Purgantem plantam: sordidam indutus erat uestem
Laceram indecenter. circum autem tibias bouinas
Ocreas laceras ligauerat fugiens scissuras:
Chirothecasq; in manibus ruborum gratia. at super
Caprinam galeam capite habebat dolorem augens.
Hunc autem postquam agnouit perpatiens diuus Vlysses
Senectute consumptū, magnū aut mētibus dolorē habētē.
Stans sub alta Pyro lachrymam effudit.
Cogitabat autem postea in mente, & in animo
Osculari & amplecti suum patrem, & singula
Dicere, quomodo uenit & peruenit in patriam terram.
An prius interroget singulaq; tentet.
Sic autem ei cogitanti uisum est melius esse
Primum cauillatorijs uerbis tentare.
Hæc cogitans recta iuit ad eum diuus Vlysses.
Certè hic quidē detimēs capite plantam circū fodiebat.
Hunc autem astans allocutus est illustris Vlysses.

*Vlysses patrē
compellat.*
O senex non imperitia te tenet gubernare
Viridarium: sed bene cura tenet, neq; omnino
Non planta, non ficus, non uitis, non quidem oliua,
Non pirus, non sulcus sine cura in horto.
Aliud autem tibi dico. tu autem non tram impone animo
Ipsam te non bona cura tenet: sed simul senectutem
Molestam habes, squalis malè, & indecenter indutus es.
Non quidem pigriciæ dominus gratia non te curat.
Neq; te seruilis indecet uideri
Forma & magnitudine: Regi enim uiro similis es.
Tali autem similis es postquam lotus est comediq;
Dormit molliter. hæc iustitia est senum.
Sed age mihi hoc dic, & uerè narra.

Cuius

Ω Ε Α Η XXIII.

209

Cuius seruus es uirorum? cuius autem hortum gubernas?
Et mihi hoc dic uerè, ut bene sciam
Si uerè Ithacam hanc ueni, sicut mihi dixit
Hic uir nunc iam obuians huc uenienti,
Non ualde sufficiēter prudēs, quoniā nō ausus est singula
Dicere, & audire meum uerbum sicut interrogauit
Circā amicum meum, sicubi uiuit & est,
An iam mortuus est, & in inferni domibus.
Nam tibi dico. tu autem intellige, & me audi.
Virū aliquādo hospitatus sum dilecta in patria terra.
Nostrum autem uenientem, & nondum aliquis hō alius
Hospitum peregrinorum amicorū meam uenit domum.
Dicebat autem ex Ithaca genus esse: & dicebat
Lærtē Arcisiadem patrem esse ipsius.
Hunc quidem ego ad domos ducens bene hospitatus sum
Accuratè diligens multis in domo existentibus,
Et ei dona præbui hospitalia qualia decet.
Auri quidem ei dedi bene facti septem talenta:
Dedi autem ei paterā totam argenteam floridam:
Duodecim autem simplices uestes, totiq; tapetes,
Tot autem pallia pulchra: tot autem post hæc interulas.
Separatim autem rursus mulieres eximias opera scientes
Quatuor speciosas, quas uoluit ipse capere.
Huic autem respondit postea pater lachrymas fundēs.
Hospes certè terram peruenisti quam interrogas.
Miuirij autem ipsam, & miusti uiri habent.
Bona autem uana hæc donasti multa præbens.
Si enim ipsum uiuum inuenisses Ithacæ in populo,
Quo te bene donis retribuens remitteret,
Eo hospitalitate bona hæc enim iustitia quicumq; est.

Hom. Odys.

DD



O D Y S S E A E

Sed age mihi hoc dic, & uerè narra.
Quotus iam annus est, quando hospitatus es illum
Tuum amicum infelicem meum filium si aliquando fuit,
Infortunatum, quem longè amicis & patria terra,
Vel in ponto comederunt pisces, uel in terra
Peris & quibus laniamētum factus est, neq; ipsum mater
Fleuit cooperiens, paterq; qui ipsum genuimus.
Neq; uxor multum donata prudens Penelope
Plorauit in lectis dilectum maritum sicut decet,
Oculos claudens, hic enim est mortuorum.
Et mihi hoc dic uerè ut bene sciam.
Quis unde es uirorum, ubi tibi ciuitas & parentes?
Vbi autem nauis stetit uelox quæ te duxit huc,
Diuinosaq; socios an mercator uenisti
Nāui in aliena, hi autem te exire facientes discesserunt.

Hunc autem respondens, allocutus est prudēs Vlyssēs.
Tibi enim ego certe omnia ualde uerè narrabo.
Sum enim ex Alybante, ubi inelytas domos habito
Filius Aphidantis Polypemonide Regis;
At mihi nomen est Eperitus, sed me fortuna
Errare fecit à sicania huc uenire nolentem.
Nauis autem mihi hæc stat in agro longè à ciuitate.
At Vlyssi hic iam quintus annus est
Ex quo illinc iuit, & à mea discessit patria
Infelix, certe ei bonæ erant aues eunti
Dexteræ, quibus gaudens quidem ego dimisi illum.
Gaudebat ille tens, animus autem nobis adhuc sperabat,
Misereri hospitalitate & splendida dona dare.

Sic dixit, hunc autē doloris nebula cooperuit nigra.
Ambabus autem manibus capiens puluerem ardentem

XXIII.

110

Fudit in capite albo grauius suspirans.
Huius autem motus est animus: supra nares autem ei iam
Acutum robur uerberauit dilectum patrem inspicienti.
Osculatus est autē ipse amplectēs, saltās autē allocutus est.
Ille quidem hic ipse ego pater quem tu inquiris,
Veni uigesimo anno in patriam terram.
Sed abstine fletu luctuq; lacrymoso.
Etenim tibi dico ualde autem oportet festinare tamen.
Procos interfeci in nostris domus
Nocumentum reddens dolorosum & mala opera.
Huic autem rursus Laertes respondit dixitq;
Siquidem iam Vlysses meus filius huc uenisti,
Signum aliquod mihi nūc dic manifestū ut persuadear.
Hunc autē respondens allocutus est prudens Vlyssēs.
Cicatricem quidem primum hanc animaduerte oculis,
Quam in Farneso me percussit sus albo dente
Euntem, tu autē me præmisisti, & honoranda mater
Ad patrem Autolicum matris dilectum, ut caperem
Dona, quæ huc ueniens mihi præmisit & annuit.
Eia age tibi & arbores bene factō in uiridario
Dicam quas aliquando dedisti, ego autē petij te singulas
Puer existens in horto sequens, per autem ipsas
Iuimus, tu autem nominaſti & dixisti singulas.
Puros mihi dedisti tredecim, & decem malos,
Ficos quadraginta, sulcos autem mihi sic nominabas
Dare quinquaginta, frugifer autem singulus
Erat, illic uicæ omnigine erant:
Quando iam Iouis tempora aggrauabat desuper
Sic dixit, huius autē ipsius soluta sūt genua et dilectū cor
Signa recognoscentis, quæ ei firma dixerat Vlyssēs.

Vlysses pro-
dit se patri.



O D Y S S E A E

Circum aut filium dilectum iecit brachia. hunc ad se
Cepit exanimatum pertolerans diuus Vlysses.
At postquam respirauit, et in mentem animus congregatus est,
Iterum uerbis respondens, allocutus est.

Iupiter pater certe adhuc estis Dei in magno olympo,
Si uere proci prauam iniuriam soluerunt.
Nunc autem grauius timeo in mente, ne cito omnes
Huc irruant Ithacenses: nuncios autem
Ommino immoueat Cephallenorum ciuitatibus.

Hunc autem respondens, allocutus est prudens Vlysses.
Confide, non tibi haec in mentibus tuis curae sint.
Sed eamus ad domum, quae uiridarum prope iacet:
Illuc autem Telemachum, & Bubulcum, & Subulcum
Praemisi, ut coenam pararent citissime.

Sic igitur loquentes iuerunt ad domos pulchras.
Hi autem quando iam iuerunt domos bene habitatas,
Inuenerunt Telemachum, & Bubulcum, & Subulcum
Incidentes carnes bonas, miscentesque nigrum uinum.
Interim autem laetrem magnanimum sua in domo
Famula sicula lauit & unxit oleo.

Circum autem uestem pulchram iecerunt, at Minerva
Prope astans auxit membra pastori populorum,
Maiores quam antea & pinguiorem fecit uideri.
Ex balneo iuit admiratus est autem ipsum dilectus filius:
Postquam uidit immortalibus Deis similem contra:
Et ipsum uociferans uerba uelocia allocutus est.

O pater certe ualde aliquis te Deorum sempiternorum
Formaque magnitudinisque maiorem fecit uideri.
Hunc autem rursus Laertes prudens contra allocutus est.
Utinam enim Iupiterque pater, & Minerva, & Apollo

Ω

XXIII.

111

Qualis Nericum cepi pene edificatam urbem
Littore terrae Cephallenibus imperans,
Talis existens hesternus in nostris domibus
Arma habens humeris instare, & expellere
Viros procos quo ipsorum genua soluissem
Multorum in domibus, tu autem mentes intra letus fuisses
Sic hi quidem talia adinuicem dicebant.

Hi autem postquam igitur cessarunt a labore, paraueruntque conuiuii
Ex ordine sederunt in lecticisque sedibusque. (cuius,
Tunc hi quidem coenam parabant, eadem hora autem
Venit senex Dolius, simul autem huius filij Senis
Ex operibus fatigati postquam ante ueniens uocauit
Mater anus sicula, quae ipsos nutriuit, & senem
Accurate curauit postquam senectus accepit.

Hi autem sic ut Vlysem uiderunt, agnoueruntque animo,
Steterunt in domibus stupefacti, at Vlysses
Dulcibus uerbis impropersans dixit.

O senex sede ad coenam, obliuiscimini autem stupefactionis.
Diu enim cibum parare prompti
Expectabamus in domibus uos expectantes semper.

Sic dixit Dolius autem recta iuit manus extendens
Ambas, Vlysses autem capiens osculatus est manus in palma:
Et ipsum uociferans uerba uelocia allocutus est.
O amice quoniam rediisti cupientibus ualde nobis,
Neque putantibus, Dei autem te duxerunt.

Salueque & ualde gaude, Dei autem tibi felicitates dent.
Et mihi hoc dic uerum, ut bene sciam
An iam aperte scit prudens Penelope
Redeuntem te huc, an nuncium moueamus.

Hunc autem respondens, allocutus est prudens Vlysses,

D D iij

Dolius senex



vlyffes Do- O' senex iam scit quid te oportet hęc laborare?
lio. Sic dixit. hic autem rursus sedit bene polita in sede.
Sic autē eodem modo filij Dolij in clytū circa vlyffem.
Interrogaruntq; uerbis & in manibus applicuerunt.
Deinde autem sederunt apud Dolium patrem ipsorum.
Sic hi quidem circa cœnam in domibus laborabant.
Exoritur tu- Vox autem igitur nuncia cito in ciuitatem iuit ubiq;
multus ob ca- Procorum odiosam mortem & t̄ arcam dicens.
dē procorū. Hi autem simul audientes iuerunt aliunde alius,
Strepituq; suspirioq; ades ante vlyffis.
Ex autē mortuos adibus portauerūt et sepelierūt singuli.
Hos autem ex alijs ciuitatibus domum singulus
Miserūt ducere piscatoribus uelocib^{us} in nauibus ponētes,
Ipsi autem in cōcionē iuerunt congregati dolentes cor.
At postquam adunati sunt, congregatiq; facti sunt,
His Eupithes surrexit, & locutus est:
Filij enim ei intolerabilis in mentibus dolor iacebat
Antinoi, quem primum interfecit diuus vlyffes.
Hoc hic lachrymans concionatus est, & dixit.
O' amici certē magnū op^{us} uir hic operatus ē Achuis.
Hos quidem cum nauibus ducens multosq; & bonos
Perdidit quidem naues concauas: perdidit autē populos.
Hos autē uenis interfecit Cephallenorum ualde optimos.
Sed agite, antequam hunc, uel in Pylum cito eat.
Vel & in Helidem diuinam, ubi dominantur Epj
Eamus, & postea tristes erimus semper:
Pudor enim hęc sunt & futuris audiri,
Si iam non filiorumq; fratrumq; homicidas
Punemus non mihi in mentibus dulce erit
Vivere: sed citissime moriens de sanctis cum cro.

Eupites cum
Achæis cōspi
rat in vlyffis
mortem.

Quatuor circum vlyffem: sex autem filij Dolij.
Ipsa autem igitur Laertes Doliusq; in arma ruerunt.
Et cani existentes necessarij bellatores.
At postquam induti sunt circum corpus splendidum es,
Aperuerunt autem portas: extra autem iuerunt. dux
erat autem vlyffes.
His autem in eadem hora filia Iouis uenit Mimerua
Mentori similis & corpore ac & uoce.
Hanc autē uidens letatus est pertolerans diuus vlyffes:
Statim autē Telemachū allocutus est suum dilectū filium.
Telemache iam quidem hoc uideris ipse iniens
Viros pugnantes ubi discernuntur optimi.
Ne quid uitupera maiorum genus, qui antea
Fortitudine ornati fuimus omnem in terram.
Hūc autē rursus Telemachus prudēs cōtra allocutus ē.
Videbis si uolueris pater dilecte hoc in animo
Non uituperantem tuum genus, sicut dicis.
Sic dixit. Laertes autem gauisus est, & uerbum dixit.
Quæ mihi dies hęc Dei dilecti certē ualde gaudeo,
Filiusq; neposq; uirtutem circa pugnam habent.
Hunc autem astans allocuta est casta Mimerua.
O' Arcejiade omnium multo dilectissime socorum,
Supplicans filie glaucopidi, & Ioui patri,
Statim ualde mouens premitte longam lanceam.
Sic dixit & inspirauit robur magnū pallus Mimerua.
Supplicans autem igitur postea Iouis filie magni,
Statim ualde mouens premissit longam lanceam.
Et percussit Eupithi galeam per aream genis.
Hęc non lanceam prohibuit, totaliter autem iuit es.
Sonuit autem cadens: resonauerunt autem arma in ipso.

Ithacensium
pugna cum
vlyffe.

Eupithes à
Laerte occi-
cisus



ODYSSÆAE. Ω XXIIII.

In aut ruit propugnatoribus Vlysses & illustris filius:
Verberarunt autem ensibusq; & lanceis utrinq; acutis.
Et iam omnes perdidissent & posuissent sine reditu,
Nisi Minerva filia Iouis ægiochi
Clamasset uoce, detinissetq; populum omnem,

Minerva di-
rinit bellum

Abstinete bello Ithacenses difficili,
Vt sine cruore separemini citissime.

Sic dixit Minerva. hos autem recens timor cepit.
Horum aut igitur timetium ex manibus uolauerunt arma:
Omnia aut in terram ceciderunt Dea uocē uociferante.
Ad autem ciuitatem reuersi sunt cupientes uitam.

Terribiliter clamauit pertolerans diuus Vlysses.
Ruit autem saltans sicut aquila altiuolans,
Et tunc iam Saturnides misit ardens fulmen:
Decidit autem ante GlaucoPIDEM fortem patre.
Et tunc VlyssEM allocuta est cæstia Minerva.

Ioue nate Laertiade prudens Vlysses
Abstine: scda autem contentionem æqualis belli:
Ne Saturnides irascatur late sonans Iupiter.

Sic dixit Minerva. hic at obediuit. gauisus est aut aia.
Foedera autem rursus in futurum cum ambobus posuit
Pallas Minerva filia Iouis ægiochi,
Mentori similis & corpore, ac & uoce.

FINIS ODYSSEAE HOMERI.

HOMERI BATRACHO,
MYOMACHIA, ID EST,
RANARUM & MURIUM pugna, Aldo
Manutio Romano interprete.



INCIPIENS Primum Musa =
rum coetum ex Helicone
Venire in meum cor supplico gra-
tia cantus,
Quem nuper in libellis meis super
genua posui,

Litem immensam, tumultuosum opus Martis,
Supplicans hominibus in aures omnibus mittere,
Quomodo mures, in ranas principantes iuerunt
Terrigenum uirorum imitati opera gigantum.
Sic sermo inter mortales erat. tale aut habuit principium.

Mus aliquando sitibundus felis periculum euitans,
Propinquum in lacum teneram adposuit barbam,
Aqua delectatus dulci. hunc autem uidit
Limnocharis obstrepera. uerbum aut locuta est tale:

O hospes qs es? unde uenisti ad littus? qs aut q te pdu-
Omnia autem uere dic, ne mendacem te intellexero.
Si enim te nouerim amicum dignum, ad domum ducam.
Dona autem tibi dabo hospitalitia multa & bona.
Sum autem ego rex Physignathus, qui per lacum
Color ranarum dux dies omnes,
Et me pater Peleus olim genuit, Hydromeduse
Mixtus in amicia apud ripam Eridani,
Et te quidem uideo pulchrumq; & forte egregium aliorum
Sceptriferrum Regem, & in bellis pugnacem

Limnoc
ris, hoc
palude g
dens.
Physigi
thus, hoc
ab eo qd
flet se ma
lis.
Hydromer
se hoc est.
gine aqi
rum.



RANARVM ET MVRIVM

Esse, sed age citius tuam generationem concionare.

Huic autem rursus Psicharpax respondit, dixitq:

icharpax Quidnā genus meū perquiris o amice, manifestū omnibus
icarū ra- Hominibusq; Deisq; & celestibus volatilibus?

r. Psicharpax quidem ego uocor, sum autem filius

Troxarte Troxarte patris magnanimi, at mater

est, uorā Lichomyle, filia Pternotroctæ Regis.

panem. Genuit autem in lignario me, & enutriuit cibarijs

homyle i. Ficubus & nucibus, & edulij omnigenis.

abēdis mo Quomodo aut amicum facies me in naturā nihil similem?

Tibi quidem enim uita est in aquis, sed mihi certe

ternotro- Quæcumq; apud homines comedere consuetudo: neq; me

i. i. pernas Panis terpistus à bene rotunda cista, (latet

coras ar- Neque placenta extensa habens multam sisamida,

lentis. Non sectio ex perna, non iccora albam uestem habentia,

amida, ge- Neque cascus nuper pressus à suauī lacte,

s est legu- Non bonum dulcæarium, quod & diui desiderant,

nis. Neq; quæcumq; ad conuiuia hominum faciunt coci,

Ornantes ollas condimentis uarijs.

Nunquam ex bello malum effugi clamorem,

Sed statim ad pugnam iens propugnantibus mixtus sum.

Non timui hominem, & quamuis magnū corpus ferentē.

Sed ad lectum iens, summum digitum mordeo,

Et à pede accepi & non dolor occupauit uirum.

Suauis non aufugit somnus mordente me.

Sed duo ualde omnia timeo omnem per terram,

Accipitrem & felem, qui mihi magnum luctum adferunt

Et decipulam genituosam, ubi dolo sum existit fatum.

Plurimum iam felem super timeo, quæ optima,

Quæ & foramen ingredientem per foramen perquirat,

Non

Sed eamus ne præueniant transeuntes illi.

Sic dixit lachrymans, dolor autem cepit omnes Achiuos.

Apud autem ipsos uenit Medon & diuinus cantor

Ex domibus Vlyssis, postquam ipsos somnus reliquit.

Steterunt autē in medijs, stupor aut cepit uirum singulū.

His autem & locutus est Medon prudentia sciens.

Audite iam nunc me Ithacenses, non enim Vlysses

Immortalibus sine Deis hæc operatus est opera.

Ipsæ ego uidi Deum immortalē, qui Vlyssē

Propē stetit, & Mentori per omnia similis fuit.

Immortalis autem Deus aliquādo quidem ante Vlyssē

Apparebat audaciam iniiciens, aliquando procos turbans

Currebat in domum, hi autem restricti cadebant.

Sic dixit, hos autem igitur omnes recens timor cepit.

His autem & dixit senex heros Alitherses

Mastorides: hic enim solus uidebat præsentia & futura:

Qui ipsis bene sapiens concionatus est, & dixit.

Audite iam nunc me Ithacenses quodcumq; dicam.

Vestra malignitate amici hæc opera facta sunt.

Non enim mihi persuadebamini, nō Mentori pastori po-

Vestros filios cessare stultitijs, (pulorum

Qui magnum opus fecerunt iniustitijs malis

Res consumentes, & inhonorantes uxorem

Viri optimi, quem non amplius dicebant redire.

Et nunc sic factum est, persuademini mihi sicut dico,

Ne eamus: ne quis coactum malum inueniat.

Sic dixit, hi autem igitur irruerunt magno clamore

Medijs plures, hi autem congregati illic manserunt.

Non enim ipsis placuit uerbū in mentibus, sed Eupitheo

Persuasi sunt, statim autem postea in arma ruerunt.

DD iij

Alitherses
disuadet.



Sed postquam induti sunt circum corpus splendidum
Congregati coadunati sunt ante ciuitatem latam loco.
His autem Eupithes duxerat stultitijs.
Dixit autem hic punire filij eadem: neq; fatatum erat
Retro redire: sed illic mortem consequi.

At Minerua Iouem Saturnium allocuta est.
Pater noster Saturnide eximie dominantium.

**Minerua à Io
ue rei euentū
sciſciatur.**

Dic mihi interroganti, quid tibi mens intus occultat?
Nunquid prius bellumq; malum, & pugnam grauem
Facies: an amicitiam cum ambobus pones?

Hæc at rñs. allocutus est nebularū cōgregator Iupiter,
Filia mea cur me hæc interrogas & inquiris?
Non enim iam hanc quidem consultaſti mentem ipsa?
Ut certè illos Vlyſſes puniret ueniens?

Fac ut uoluisti. dicam autem tibi sicut decet.
Postquam iam procos puniuit diuus Vlyſſes
Fœdera fidelia incidentes, hic quidem regnet semper.
Nos autem rursus filiorum fratrumq; cædis

Reuocationem faciemus. hi autem inter se diligant
Sicut antea. diuittæ autem & pax sufficienter sit.

Sic dicens mouit antea promptam Mineruam,
Venit autem ab olympi cacuminibus ruens.

Hi aut postquam igitur cibi dulcis deſyderiū eiecerūt,
His igitur uerbis incepit pertolerans diuus Vlyſſes.
Exiens aliquis uidebit ne iam propè sint uenienses.

**Nunciatur
Vlyſſi hoſtiū
aduentus**

Sic dixit. extra autem filius Dolij iuit sicut iuſſit,
Statim autè igitur in uiam iens, hos autè propè uidit oēs.
Statim autem Vlyſſem uerba uelocia allocutus est.

Hi autem iam propè sunt: sed armemur cito.

Sic dixit. hi autem moti sunt, & in arma ruerunt.

Non comedo raphanos, non caules, non cucurbitas,
Non betis uiridibus pascor, neq; apijs.
Hæc enim uestra sunt edulia per lacum.

Ad hæc aut subridens Phylsignathus contra locutus est:

O hoſpes, ualde gloriaris ob uentrè, adsumt & nobis
Multa ualde in lacu & in terra mirabilia uisu,
Vtri uitam enim dedit pascuā ranis Saturnius Iupiter,
Saltare per terram, & in aquis corpus cooperire.

Si autem uis & hæc scire: facile est
Portem te in humeris, tene autè me, ne aliquando pereas.
Sic gauisus in meam domum uenias.

Sic certe iquit, et terga dabat. ille at ascēdebat uelociter
Manus habens tenerum per collum, saltu facili.

Et in primis quæ gaudebat, quā iuebatur uicinos portus
Natatione gaudens Phylsignathi, sed quando iam utique
Vndis purpureis submergebatur, multū lachrymabatur,
Inutilem poenitentia accusabat, euellebat autem comas,
Et pedes stringebat per uentrem, in illo autem cor
Concutiebatur insolentia, & in terram uolebat uidere.

Veheementer autè igemisebat timoris frigidi necessitate.
Cauda quidè in primis extendit in aquis, tanquā remum

Trahens, supplicansq; Deis in terram uenire,
Aquis purpureis submergebatur, multū autè clamabat,
Et talem dixit sermonem, ab ore autem concionabatur.

Non sic humeris portauit onus amoris
Taurus, quando Europam per undam duxit in Cretam,
Ut me nauigans superhumeralem duxit ad domum
Rana, eleuans pallidum corpus aqua alba.
Hydrus aut ex iprouiso apparebat horrèdū spectaculum
Vtriusq; erectum super aquam habebat collum.



RANARVM ET MVRIVM

Huc uidēs, ingressus ē Physignathus, nō quicquā itelligens
Qualem socium perditurus erat per lacum.

Ingressus est at profunditatē lacus, et euitauit p̄cā nigrā.
Ille autem ut relictus est, cecidit supinus statim in aquā.
Manus autem stringebat, & moriens stridebat.

Sape quidem ingrediebatur in aquā, sepe autē rursus
Calcitrans egrediebatur, mortē autē nō poterat euitare,
Madentes autem pili plurimum pōdus trahebant in ipso.
Aquis autem peritens, tales locutus est sermones:

Non latebis utiq; Deos Physignathe hęc faciēns,
Naufragum iaciens à corpore ut à petra.

Non certe me per terram melior eras ò pessime,
Pancratioq; luctaq; & ad cursum, sed decipiens
In aquam me proiecisti, habet Deus ultorem oculum,
Penam tu solues murium exercitui, neq; euitabis.

Hęc locutus, expirauit in aquis, hunc autem uidit
Lichopinax, ripis insidens mollibus,

Lichopinax,
quod lambat
paropsides et
quadrās

Vehementer autē ululauit, currēs autē annūciauit muribus.
Ut at didicerūt mortē, ingressa est ira p̄ncipiosa uniuersos,
Et tunc p̄conibus suis iusserunt sub diluculum
Proclamare ad concionem, in domos Troxartę

Patris infelicis Psicharpagis, qui per lacum
Supinus natabat, mortuum corpus, neq; iuxta ripas
Erat iam mi er, medio autem natabat ponto.

Ut autem uenerunt festinātes cū Aurora, primū surrexit
Troxartes ob filium iratus, dixitq; sermonem.

O amici, tametsi solus ego mala multa passus
Ex ranis, sors mala omnibus facta est.

Sum autem ego infelix, postquam treis filios perdidī.
Et quidem primum utiq; occidit rapiens

PUGNA.

216

Inimicissimus felis foramen extra capiens.

Alium autem rursus uiri crudeles ad mortem duxerunt

Vanioribus artibus ligneum dolum inuenientes,

Quam decipulā uocant, murium perditricem existentem.

Qui tertius erat dilectus mihi & matri inelyte.

Hunc suffocauit Physignathus in profundum ducens.

Sed agendum armemur & exeamus in ipsas,

Corpora ornantes in armis uarijs.

Hęc locutus persuasit armari uniuersos.

Hos quidem utiq; Mars belli curam habens.

Tibiarum arma quidem primum circa tibias posuerunt,

Frangentes fabas uirides, beneq; aptantes.

Quas ipsi per noctem stantes comederunt.

Thoraces autem habebant calamis circumdatis à corijs.

Quos selem excoriantes scienter fecerunt.

Clypeus at erat lucernę medius umbilicus, at certe læcea

Longę acus omnino arcum opus Martis.

At cassis testa in temporibus nucis.

Sic quidem mures erant armati, ut autem intellexerunt

Rana, egressę sunt ab aqua, in unum locum

uenientes concilium congregauerunt belli mali.

Cōsideratibus autē ipsis unde seditio, uel quis tumultus,

Præco propē uenit, ferens sceptrum in manibus

Tyroglyphi filius magnanimi Embasichytros,

Nuncians belli malam famam, dixitq; sermonem:

O ranę, mures uobis minitantes miserunt:

Dicere armari ad bellumq; pugnamq;

Viderunt enim per aquam Psicharpaga, quem occidit

Vester rex Physignathus, sed pugnatę

Quęcumq; inter ranas egregię genitę estis.

Tyroglyphi,
hoc est, excau-
uatoris casco-
rum.

Embasichy-
tros qđ sole-
at in ollas ir-
reperere.



RANARVM ET MVRIV M

Sic locutus disparuit, sermo autem in aures murium
Ingrediens, conturbauit mentes ranarum superbarum
Accusantibus autem ipsis, Phisignathus dixit surgens:

O amici, non occidi ego murem, neq; uidi
Percuntem omnino suffocatus est ludens iuxta lacum,
Natus ranarum imitatus, at pessimi
Nunc me accusant inculpabilem, sed age consilium
Inquiramus, ut dolosos mures deperdamus.
Etenim ego dico, ut mihi apparent esse optima
Corpora ornantes armati stemus uniuersi
Summas iuxta ripas, ubi preceps locus.

Quando autem impetum facientes in nos, uenerint,
Accipientes à galeis quicumq; propè obuius uenerit
In lacum ipsos cum armis statim deiciamus.
Sic enim suffocantes in aquis experieis natandi.
Constituemus letæ statim muriū occisorū hic trop hæc

Sic certe locutus, armis induit uniuersos.
Folijs quidem maluarum tibijs suas circumcooperierunt,
Thoraces autem habuerunt uiridibus latis à betis.
Folia autem brassicarum in clypeos bene aptauerunt.
Lancea autem acutus iuncus unicuiq; longus aptatus erat,
Et galeæ cocleis subtilibus capita circumcooperiebant.
Munitæ autem steterunt in ripis altis,
Conquassantes lanceas, animo autem plena erat unaqueq;
Iupiter autem Deos uocans in calum astriferum,
Et belli multitudinem ostēdens, potentesq; pugnatōres
Multos & magnos, & lanceas longas ferentes,
Qualis Centaurorum exercitus procedit & gigantum,
Sua uiter ridens interrogabat, qui ranis auxiliaores
Vel muribus, immortalium? & Palladem allocutus est:

O filia, muribus nunquid auxiliatura ibis?
Etenim tuū per tēplū semper exultant uniuersi mures,
Odore delectati & cibarijs ex sacrificijs.

Sic certe dixit Saturnius, hūc autem allocuta est Pallas:

O pater, non certe unquam ego muribus uexatis
Venirem auxiliatrix, quoniā mala multa mihi fecerunt,
Coronas destruentes & lucernas causa olei.
Nunc autem meas ualde momordit mētes quod fecerunt.
Peplum meum corroserunt, quod texui laborans
Ex trama subtili, & stamen subtile neui,
Foraminaq; fecerunt, at sutor mihi institit,
Exigit à me usuras, huius gratia irata sum.

Mutuata enim subtextum & non possum restituere.
Sed neq; sic ranis auxiliari non uelim.
Sunt enim neq; ipse mentibus firmæ, sed me primum
Ex bello redeuntem, postquam ualde defatigata fui,
Somno indigentem non permiserunt tumultuantes

Neq; parum oculos defletere, ego autem in somnis iacebam
Caput dolens, donec clamauit gallus gallinaccus.
Sed age cessemus Dei ijs auxiliari,
Ne utiq; aliquis uestrum uulneretur telo acuto.

Sunt enim cōminus pugnatēs, etiā si Deus cōtrā ueniret.
Omnes autem de cælo delectemur litem uidentes.
Ut certe dixit, huic autem post paruuerunt Dei alij.
Omnes simul autem collecti uenerunt in unum locum,
At uenerunt preceones duo, signum belli ferentes,

Et tunc culices magnas tubas habentes,
Vehemēter tuba clāgebāt belli strepitum, cælitus autem
Iupiter Saturnius intonuit signum belli mali.
Primum autem alte clamans Lichenorem uulnerauit lancea à lambenda
Capitē inter propugnatores per uētrē in mediū epar, cauda.

Lichenorem,

Lichenorem,



RANARVM ET MVRIVM

Troglodytes, Concidit aut pronus. teneras aut puluerulētas ferit cōs
qd' ingredia- Troglodytes autem post ipsum iaculatus est Pileona.
tur rimas & Infixit aut in pectore solidā lanceā. hunc autē cadentem
foramina. Cepit nigra mors. anima autem ex corpore euolauit.
Scutleus, à Scutleus autē utiq; occidit percutiēs cor Embasichytrū.
beta uel por- Artophagus aut Polyphorum per uentrem percussit.
ro. Cecidit autem supinus. anima autem membris euolauit.
Artophagus Lymnocharis autem ut uidit percuntem Polyphorum,
à uorādo pāe Troglodyten petra molari uulnerauit anticipans
Polyphonū Collum iuxta medium. huic aut caligo oculos cooperuit.
quasi tu di- Lichenor autem ipsius obseruabat lancea lucida.
cas multiuo- Et percussit. neq; aberrauit per epar. ut autem intellexit
can. Crambophagus. ripis profundis incidit fugiens.
Crābophag^o Sed neque sic effugit in aquis. impulit autem ipsum,
à uorādis cau- Cōcidit at. nō respirauit. tingebatur at sanguine lacus
libus. Purpureo. ipse autem iuxta littus extensus est,
Lymnisius Venis pinguibus incitatus intestinis.
palustris. Lymnisius autem in ripis Tyroglyphum spoliauit.
Tyroglyph^o Pternoglyphū aut uidēs Calaminthius in timorē uenit.
ab excauādo Saltauit autem in lacum fugiens clypeum iaciens.
casco. Hydrocharis autem occidit Pternophagum Regem,
Hydrocharis Saxo percutiens per guttur. cerebrum autem
qd' aqua gau- Ex naribus stillabat. polluebatur aut sanguine terra.
deat. Lichopinax aut occidit irreprehensibilem Borborocetē
Borborocē Lancea impetum faciēs. obscuritas aut oculos cooperuit.
tē qd' i cocno Praesiphagus autem uidens pede traxit Cnissodioten,
iaceat. In lacu autem suffocauit. tenens manu neruum.
Praesiphagus Psicharpax autem ultus est socijs mortuis.
a comedendo Et percussit Pelusium per uentrem in medium epar.
porro. Cecidit autem illi ante. anima autem ad infernum iuit.
Cnissodiotē, Pelobates autem uidens luti manipulum. iecit in ipsum

IUDYCA V GINA. 218

Et frontem inunxit. & excæcabat propemodum.
Iratu est autem certe ille capiens utiq; manu forti quod nidorē
iacentem in campo lapidem ponderosum pondus terra insequatur.
Hoc percussit Pelobatē sub genua. tota autem fracta est Pelobatē qd'
Tibia dextra. cecidit autem supinus in pulueribus. per lutū ince-
Craugasides autem ultus est. & rursus ibat in ipsum. dat.
Percussit mediū aut ipsum per uētrē. totus autem ei itro Craugasides
Scutus iūcus ingrediebatur. humi aut effundebatur uni- quod canū
Intestina. extracta à lancea manu graui. (uersa specie referat
Sitophagus autem ut uidit in ripis fluminis, nēpe colore.
Claudicans ex bello recedebat. consumebatur aut ualde. Sitophagus
Saltauit autem in fossam. ut aufugeret diram perniciem. quod cibus ab
Troxartes aut percussit Physignatū in pedis summitatē. sumat.
Celeriter autem consumptus in lacum saltauit fugiens. Praesaus qd'
Troxartes at ut uidit adhuc semiuiuū. qui ante ceciderat caulis colorē
Et illi incurrit rursus occidere desyderans. imitetur.
Praesaus aut ut uidit adhuc semiuiuū. qui ante ceciderat. Artepibuli
Venit per propugnatores. & iaculatus est acuto iunco. Muris cognō
Neq; fregit scutum. tenebatur autem ipsius lancea acies. mē. quod pē-
Erat at qdā iter mures iuuenis filius egregius iter alios. nī insidiatur
Cōminus pugnās charus filius irreprehensibilis artepibuli Meridar pax,
Princeps ipsum Martē ostendens robustus Meridar pax, a rapiēdis
Qui solus inter mures dominabatur pugnando. particulis.
Stetit autem iuxta lacum elatus solus ab alijs.
Iactabat aut depopulatū ire ranarū genus iaculatricum.
Et certe perfecisset. quoniam magnum ipsi robur erat,
Nisi statim intellexisset pater hominumq; deorumq;
Et tunc percuntes ranas miseratus fuisset Saturnius.
Mouens autem caput. talem locutus est uocem:
O' Dij. certe magnum opus in oculis uideo.
Non paruum me stupefecit Meridar pax per lacum,



RANARVM ET MVRIVM PVGNA.

Trucidare ranas desiderans, sed celerrime
Palladem mittamus, tumultuosum etiam & Martem,
Qui ipsum arcebunt à pugna robustū quāuis existentē.
Sic certe locutus Iupiter, Mars autē respondebat sermone:
Neq; certe Palladis o Iupiter potentia, neq; Martis
Poterit ranis auxiliari diram perniciem.
Sed age omnes canus auxiliores, uel tuum iaculum
Moueat magnū, qd' Titanas sustulit, potenter operans,
Quo Titanas occidisti egregios ultra omnes.
Enceladumq; ligasti, & agrestia genera gigantum.
Sic certe dixit, Saturnius autē iaculatus est ardens fulmē.
Primum quidē intonuit, magnum autem cōmouit cælū.
Sed postea fulmen terribile Iouis telum
Misit inuoluens, illud autē certe euolauit à manu Regis.
Oēs quidem utiq; terruit iaculatus, ranasq; muresq;
Sed neq; sic cessauit murium exercitus, sed adhuc amplius
Cupiebat depopulatū ire ranarum genus iaculatricum,
Nisi ab Olympo ranas miseratus fuisset Saturnius:
Qui utiq; tunc ranis auxiliatores illico misit. *(curuis*
Venerūt at ex iprouiso habētes incudes in tergo, unguis
Oblique ingrediētes, tortuosi, habētes cortices i ore Ostris
Offei natura, lati humeros, rutilantes in humeris, *(pelles*
Blesi, neruosis manibus, à pectoribus intuentis,
Osto pedes, bicipites, manibus incapabiles, illi at uocātur
Cancris, qui utiq; murium caudas oribus incidebant
Etiam pedes & manus, flectebantur autem lancee.
Quos & timuerunt miseri mures, neq; sustinuerunt.
In fugam autem uertebantur, occidebat autem sol iam,
Et belli finis unius diei perfectus est.

Finis Homeri Batrachomyomachie.

HOMERI HYMNI

DEORVM,

IN APOLLINEM.



MEMOR Ero neq; obliuiscar longē
iaculantis Apollinis,
Quem & dii ipsi per domum Iouis
metuunt euntem:
Et utique assurgunt propē adueni-
enti,

Omnes à sedibus, quando præclaros tendit arcus.
Latona autem sola manet apud Iouem fulmine gaudētē,
Que utiq; chordam remisit, & occlusit pharetram.
Et illius ab fortibus humeris manibus capiens,
Arcum suspendit ad columnam patris sui
Clauo ex aureo, hunc uero in sedem federe fecit ducens.
Huic igitur nectar dedit pater poculo aureo,
Ostendens clarum filium, postea uero Diij alij,
Vbi sedent gaudet autem ueneranda Latona,
Quoniam Arciferum & fortem filium peperit.
Salue o beata Latona, quoniā peperisti præclaros liberos.
Apollinemq; regem, & Dianam sagittis delectantem.
Hanc quidem Ortygia, illum uero aspera in Delo,
Inclinata ad longum montem & Cynthium collem,
Proxime palmam sub Inopi fluentis.
Quo enim te laudabo oīno te dignissimo laudari existēte.
Penitus enim tibi o Phœbe lex attributa est cantus,
Sive per continentem uitulos nutriētē sive per insulas.
Omnes autem specule tibi cantabant, ac uertices summi.
Hom. hym. EE



I N

Altorum montium, amnesq; ad mare profluentes.
Littoraq; ad mare protensa, marisq; portus.
Certe ut te primum Latona peperit gaudium mortalibus
Procumbens ad montem Cynthij aspera in insula
Delo in circumflua: utrinq; autem unda nigra
Prodibat ad terram dulce spirantibus uentis.
Hinc ortus, omnibus mortalibus imperitas,
Quoscumq; Creta intus habet, & populus Athenarum
Insulaq; Aegina, nauibusq; in clyta Euboica.
Aegeq; Eresiaq; & finitima mari Peparethus.
Thraciusq; Athos, & Pelij summi uertices
Thraciaq; sanus, Ideq; montes umbrosi:
Scyrus, & Phoece, & Autocane mons altus,
Imbrusq; bene habitata, & Lemnus sociabilis.
Lesbusq; ualde diuina beati solum Aeolionis,
Et Chius, quae insularum fecundissima in mari iacet.
Saxosaq; Mimas, & Corycij summi uertices.
Et clarus splendida, & Aesagee mons altus.
Et sanus aquosa Mycaleq; alti uertices.
Miletusq; Couisq; urbs mortalium hominum.
Et Gnidus alta, & Carpathus uentosa,
Naxusq; & Paros Reneaq; saxosa.
Tantu parturiens procul iaculante Apolline uenit Latona.
Si qua tibi terrarum filio uelit habitacula ponere.
Haec uero ualde tremebat, & timebant, neq; aliqua sustulit
Phaebum suscipere & fertilis quanquam esset.
Nisi quum utiq; Delum ascendisset ueneranda Latona,
Et illam interrogans uerba alata dixit.
Dele si enim utiq; uis solum esse filij mei
Phaebi Apollinis, imponereq; opulentum templum.

A P O L L I N E M.

220

Alius autem nemo te tanget, neque te rogabit,
Neque bobus te fore puto, neque ouibus opulentam,
Neq; uindicare feres, neq; plantas innumeras produces.
Si aut utiq; Apollinis longe operantis templum habueris.
Homines tibi omnes ferent centum bouum sacrificia,
Huc congregati, nidor autem tibi immensus semper.
Diu regem si alueris, Deiq; te habuerint
Manu ab aliena, quoniam non sibi fertilitas sub solo.
Sic dixit, gaudebat autem Delus, respondens autem ait
Latona inclytissima filia magni Saturni,
Lubens quidem ego nationem procul mittentis regis
Susceperem, grauius enim uere sum male sonans
Apud homines hominibus, sic aut utiq; admodum honorata
Sed huc tremo Latona sermonem, neq; te celabo (dicere,
Valde enim quendam dicunt proteruum Apollinem
Fore magnum autem imperium gesturum immortalibus
Et mortalibus hominibus, super sancta donans aruum
Huius causa utiq; grauius timeo in mentem, & in animo,
Ne cum primum uideat lumen Solis
Insulam dedecoret: quoniam asperum solum sum
Pedibus euertens impellet maris in Pelago,
Vbi me quidem magna unda strenue satis semper (ipsi
Inundabit, hic aut ad aliam terram ueniet ubi placuerit
Constructurus templumq; & lucos arboribus densos.
Polypodes autem in me thalamos, phoeceq; nigrae
Domicilia facient, neglectam multitudini populorum.
Sed si mihi ferres utiq; Dea magnum iuramentum iurare
Hic illum primum constructurum praclarum templum
Fore hominum oraculum, & postea,
Omnes ad homines quod multa nomina habet.



Sic utiq; dixit. Latona aut̄ deorū magnū iuramentū iura
Sciat nunc hæc terra, & celū amplum superius, (rauit.
Et inferne fluens stygis aqua. quodq; maximum
Iuramentum grauiſſimum exiſtit beatis dijs:
Certe utiq; Phœbi huc odoriferum erit ſemper
Altare, & tēplum. honorabit aut̄ te utiq; maxime oīum.
Sed poſtquam iuraſſetq; finiſſetq; iuſurandum, (linis.
Delus quidē ualde gaudebat genitura ꝑcul mittētis Apol
Latona aut̄ nouem dies quidem & nouē noctes in ſperatis
Partus doloribus torquebatur. deæ aut̄ erāt intus omnes,
Quæcunq; optimæ erant Dioneq; Reaq;
Veſtigiatrixq; Themis, ac ualde gemens Amphitrite,
Alięq; immortales, abſq; albis ulnis decora Iunone.
Sedebat enim in domibus Iouis nubicogæ.
Sola autem non ſcierat faciens laborem in partu Lucina.
Sedebat enim ſummo in olympo ſub aureis nebulis
Iunonis conſilio albis ulnis decoræ quæ illam detinebat
Inuidia, quod utiq; filium irreprenſibilemq; fortemq;
Latona parere pulchricoma tunc futura erat.
Hæ autem Irim præmiſere à bene habitata inſula, h
Ducturam Lucinam, pollicentes magnum monile
Aureis filis contextum nonicubitum.
Seorſum autem iuſſerunt uocare ab albiulna Iunone,
Ne ipſam poſtea uerbis uerteret uenientem.
Sed poſtquam hoc audiſſet acripes uelox Iris,
Abijt utiq; curres, uelociter aut̄ trāſmiſit q̄cqd̄ in medio
Ceterū ubi percutit Deorū ſolū altū olympū, (ſpatij eſt
Statim utiq; Lucinam à domo ad ianuam
Accerſens uerbis alatis allocuta eſt,
Omnia ualde ſicut iubebant olympias domos habentes.

Huic autem animum ſuaebat in pectoribus charis.
Iucunt autem pedibus columbis timidis faciē ſimiles
Vbiq; ī Delū aſcēdebat faciēs dolorē parturiēdo Lucina.
Hanc tunc utiq; partus cepit, prompta aut̄ erat parere
Circa autem palmam eiecit manus, genua autem fixit
Prato in molli, ſubriſit autem terra ſubtus.
Proſlijt autem in lucem. Deæ uero ulularunt omnes.
Vbi te o iaculator Phœbe, Deæ lauabant aqua alba
Caste & pure, ſaſciauerunt autem in ueſte candida,
Tenui, pulchra, circa autem auream ſaſciam iniecerunt.
Neq; utiq; Apollinē enſē habētē aureū honorauit mater,
Verum Themis nectarq; & ambroſiam amabilem
Immortalibus manibus propinauit. gaudebat aut̄ Latona,
Quoniam Arciferum, & fortem filium peperit.
Ceterum poſtquam Phœbe comediſti immortalē cibum,
Non te utiq; amplius retinuerūt aureæ ſaſciæ palpitantē,
Neq; uincula detinere, ſoluebantur aut̄ funes omnes.
Statim autem immortales allocutus eſt Phœbus Apollo.
Sit mihi Citharaq; chara & curui arcus,
Vaticinaborq; hominibus, Iouis uerum conſilium.
Sic cum dixiſſet, deſcendebat à terra latiuiua
Phœbus intenus longē iaculans. hæ autem omnes
Stupebant immortales, Auro igitur Delus uniuerſa
Onerabatur aſpiciens Iouis Latonaq; genituram
Gauſa: quoniam illam Dea elegit domum facere
Inſularum continentisq; amauitq; ex animo magis
Floruit, ſic ut quando uertex montis floribus ſylue.
Tu aut̄ habēs argenteū aureū Rex lōge iaculator Apollo.
Interdum quidem Cynthum aſcendiſti ſaxoſam,
Interdum autem rursus ad inſulaſq; & uiros fugiſti.



I N

Multa tibi sunt templa luci; arboribus densi.
Omnes autem speculae; chara, & uertices summi
Altium montium, amnesq; ad mare profluentes.
Sed tu in Delum Phœbe maxime oblectas animum.
Vbi tibi trahentes uestes Iaones congregantur
Suis cum liberis ac uenerandis uxoribus.
Hi autem te pugilum certamine, & tripudio, & cantu
Memores exhilarant, cum constituerent certamen.
Diceret utique immortales & insensibiles esse uir,
Qui tunc oppositi tibi Iaones congregati essent.
Omnium utiq; uiderit gratiam, delectarit aut animum,
Virosq; inspicens beneq; cinctas mulieres,
Nauesq; ueloces, & ipsorum opes multas.
Ad hæc aut magnum miraculū cuius laus nunquā peribit
Puella Deliaes procul iaculantis Apollinis ministræ
Quæq; postquam primū quidem Apollinē laudauerint,
Rursus aut Latonamq; & Dianam sagittis gaudentem,
Mentionem facientes uirorumq; antiquorū, atq; mulierū,
Hymnum canunt demulcentq; gentes hominum.
Omnium autem hominum uoces & strepitum
Imitari norunt, diceret utique ipse singulus
Loqui, adeo illis bona coaptata est cantio.
Sed age o Latona quidem Apolloq; Diana cum.
Saluete uos omnes mei autem & postea
Memores sitis quādo utiq; aliquis terrestrium hominum
Hic roget hospes ærumnosus ueniens.
O puelle quis autem uobis uir suauissimus poetarum
Hic uersatur, & causa cuius maximam capitis uoluptatē.
Vos bene ualde responderitis à nobis.
Cæcus uir habitat autem Chium saxosam

A POLLINEM.

222

Cuius omnes in pretio postea erunt cantiones.
Nos autem nostram laudem feremus quantum ad terram
Hominum uersatur urbes bene habitatas.
Deinde id illi credent quoniam & uerum est.
Verum ego non desinam procul iaculantem Apollinem
Laudans argentiæcum quæ pulchricoma peperit Latona
O Rex & Lyciam & Meoniam amabilem,
Et miletum habes maritimam urbem optabilem.
Ipse aut Delum circum inundatam magnopere imperas
Contendit autem ludens Latonæ inclytæ filius,
Cithara caua ad Python saxosam.
Immortales uestes habens odoriferasq; huius aut cithara,
Aureo à plectro sonum habet amabilem.
Hinc autem ad olympum à terra ut mens
Contendit Iouis domum Deorum cum cœtu aliorum.
Statim immortalibus curæ est citharæq; & cantio.
Musæ quidem omnes respondentes, uoce pulchra
Laudant utiq; Deorum dona immortalia, & hominum
Ærumnas quantas habent ab immortalibus dijs
Viuent desperati ac inopes consilij, neque possunt
Inuenire mortis medelam & senectutis remedium.
Ceterum pulchricomæ gratiæ & bene sapientis horæ.
Harmoniæq; hebeq; Iouis filiaq; Venus,
Tripudiant inuicem in carpum manus tenentes.
Cum his quidem, neq; turpis canit, neq; lachia.
Sed ualde magnaq; & forma admirabilis
Diana sagittis gaudens, educata simul cum Apolline
Vbi rursus cum his Mars, & bene speculans Argicida
Ludunt, sed Phœbus Apollo Citharam pulsat
Pulchre & sublimiter, splendor autē illum circum lucet,



Splendorq; pedum, ac bene concinna uestis.
Hi autem delectabant animum magnum inspicientes,
Latoaq; aureos habens capillos ac dans consilia Iupiter
Filiū charū ludentem cum immortalibus Dijs.
Quo pacto igitur te laudabo omnino te digno laudari exi
An te inter sponsas laudem & in amore. *(Stente*
Quando animo tristi adijsti Azantida puellam?
Prestabas simul cū dijs equali Elationide abūdāte equis
Aut simul cū Phorbāte Triopo genere, aut simul cū Ereth
Aut simul cum Leucippo, & Leucippi coniuge *(the,*
Pedes, hic uero cum equis, neq; tamen triopus deerat.
Aut ut primum oraculum hominibus
Querens super terram incedisti procul iaculans Apollo,
Pieria enim primum ab olympo descendisti,
Lecton arenosam transmisti, aut Magneidas,
Et per perrhebos, celeriter autem in Iolcum peruenisti.
Caneūq; ascendisti in nauibus inelyta Euboea.
Stetisti aut in lelantho cāpo, qui tibi nō placebat in aīo,
Construere templūq; ac lucos arboribus abundantes.
Hinc autem Euripum transfiliens longē iaculans Apollo,
Ascendisti super montem ualde diuinum uiridum, celeris
ter autem peruenisti ab ipso
Mecalesum adiens, ac teumesum herbā lectibus aptam fīs
Thebe aut adijsti solum circumamictū sylua *(cientem.*
Nondum enim aliquis habitabat mortaliū sacra in theba,
Neque igitur adhuc erant senitae nec uiae
Thebe supra solum tritici serace, sed habebat sylum.
Hinc autem primum amolitus es procul iaculans Apollo.
Onchestū aut peruenisti Neptunū splēdidum lucū, *(tus*
Vbi nuper domitus pullus respirat licet sit pōdere gr uā
Trahēs currus pulchros, humi at auriga cū quis eēt prestās

E curru transfiliens, iter facit. hi autem tunc quidem
Illa uehicula pulsant imperio deposito.
Si aut utiq; currus duxerint in nemore arboribus pleno
Equos quidem comunt. hos autem flectentes omittunt.
Ut primum fas est, hi autem regem
Orant. currum autem Dei tunc partem seruat.
Hinc autem primum adijsti procul iaculans Apollo
Cephusum utiq; deinde reperiisti pulchra fluentia habentē
Quiq; ex lileo praefundit pulchrorum fluentorum aquā
Hunc transfiliens longē operans, & Ocalcen turritam.
Hinc utiq; in Amartum uenisti opulentum.
Iuisti aut ad Delphusam, ubi tibi placuit regio innocua
Construere templūq; & lucosq; arboribus plenos.
Stetisti aut ualde propē ipsam, ac illā uerbis allocutus es,
Delphusa hic utiq; sentio praeclearum templum,
Hominum construere oraculum, quiq; mihi semper
Hic sacrificabunt perfectas hecatombas,
Et qui Peloponesum pinguem habent,
Et qui Europam, & circumdatasq; mari insulas
Sciscitaturi. his autem ego uerum consilium
Omnibus uaticinarer oracula edens in opulento templo.
Sic dicens, disposuit fundamenta Phoebus Apollo,
Ampla et ualde longa cōtinua serie, hae aut cū inspexisset
Delphusa corde irata est, dixitq; uerbum.
Phoebe Rex longē operās, uerbu quid tibi in mentē ponā,
Hic quoniam sentis construere praeclearum templum,
Esse hominibus oraculum, hiq; tibi semper
Hic sacrificabunt perfecta sacrificia centum boum.
Sed tibi dicam, tu autem in mente impone tua,
Nocebit te strepitus equorum uelocium.



I N

Irrigatiq; muli meis sacris ex fontibus.
Hic aliquis hominum uelit inspicere,
Currusq; bene factos ac ueloci pedum strepitū equorum
Quam templumq; magnum, & opesq; multas existentes.
Sed si utiq; obtemperaueris tu autem fortior & melior
Es o Rex me tua autem uis est maxima,
In crissa fac sub sinu Parnasi
Vbi neq; currus pulchri agitantur, neq; tibi equorum
Velocipedum strepitus crit bene fabricatam circa aram.
Verum & sic ducerent pæoni dona
Hominum inclyta gentes, tu autem mente gauisus,
Suscipe sacra pulchra circumuicinium hominum.
Sic allocuta pcul mittētis peruasit mētē ut sibi ipsi
Delphusæ laus sit super terrā non aut procul circulatū.
Hinc autem primum te recepisti longē mittens Apollo
Peruenisti aut ad phlegorū uirorū urbē iniuria afficiens
Qui Iouem nō curantes super terram habitabant ^(ciuum)
In pulchra cauerna Cephisidum propē lacum,
Hinc uelociter ascendisti ad iugum odorum
Peruenisti autem ad Crissam sub Parnaso niuoso
Vertice ad zephyrum uer sum, at desuper
Petra suspensa est, caua autem porrigitur cauerna
Aspera, ubi Rex coniecit Phæbus Apollo
Templum facere optabile, dixitq; uerbum.
Hic utiq; sentio ne constructurum præclarum templum
Esse hominibus oraculum, quiq; mihi semper
Hic sacrificabunt perfectas hecatombas,
Et qui Peloponesum opulentum habitant,
Et qui Europamq; & mari circumdatas insulas
Sciscitaturi, hic autem ego certum consilium

A POLLINEM.

224

Omnibus uaticinaret oracula edens in opulento templo.
Sic cum dixisset disposuit fundamēta Phæbus Apollo
Ampla, & ualde longa omnino, at in ipsis
Lapidum limen imposuit Trophonius, ac Agamedes,
Filijs Ergini, amici immortalibus Dijs.
Circum aut tēplum habitauerunt ineffabiles gētes hominū.
Fabricatis lapidibus sempiternum esse semper.
Propē autem fons pulchrisfluens ubi draconem
Necauit Rex Iouis filius ex forti chorda arcus,
Valde nutritū magnū mōstrū horrēdum, qui mala multa
Hominibus faciebat super terram, multa quidem illis
Multā aut ouibus extēsi pedis, quā sūt nocumētū cruētū
Et olim cū suscepisset aureā sedē hūitis nutriebat Iunonis
Grauemq; difficilemq; Typhaona, damnum mortalibus.
Quem olim utiq; Iuno peperit irata cum Ioue patre.
Quando utiq; Saturnius ualde inclytam genuit Palladem
In uertice, hæc autem statim irata est ueneranda Iuno.
Hæc autem & ad aggregatos immortales dixit.
Audite me omnes dij, omnesq; Deæ.
Quod me iniuria afficere incipit nubigrega Iupiter
Primus, quoniam me uxorem scicit inclyta scientem,
Et nunc sine me peperit cæcios oculos habentē Palladem,
Quæ inter omnes beatos decora est immortales.
Verum hic debilis factus est inter omnes Deos (sicut
Filius meus Vulcanus mutilus pedibus quæ peperit ipsa de
Eiecit super manibus accipiens & imposuit in amplo
Sed illum Nerei filia Thetis argentipes (ponto)
Suscepit, & suis sororibus duxit.
Vtinam deberes aliud Dijs gratificare beatiss
Dæifer uer sate, quid nunc adhuc excogitabis aliud?



I N

Quo pacto tulisti solus parere Casiam Palladem,
Non utique ego pepererim & tua uocata tamen
Erat utiq; inter immortales, qui celum amplius habitant.
Et nunc utique aliquid moliar ut nascatur
Filius meus, qui utiq; inter Deos decore sit immortalis.
Neq; tuum pudore afficiens sacrum cubile, neq; mei ipsius.
Neque tecum in cubile uersabor, sed abs te
Longe existens, cum dijs ero immortalibus.
Sic dicens procul à dijs secessit irata utique. (Iuno.)
Statim deinde precabatur bouinos oculos habens ueneranda
Manu sublata autem agitauit terram, & dixit uerbum.
Audite me terra, & celum amplum desuper,
Titanesq; dij, qui sub terra habitatis
Tartarum circa magnum, ex ijs uirg; dijq;
Ipsi nunc me omnes audite & date filium
Absque Ioue nihil ui indigentem illo.
Sed hic praestantior sit quantum Saturno amplioculus Iunio.
Sic igitur effata pulsauit terram manu crassa. (Cerber.)
Mota est igitur terra uitifera, haec autem cum uidisset
Oblectabatur suo animo, putabat enim perfectum esse.
Ex hoc autem deinde finiferum ad annum,
Nunquam ad cubile Iouis uenit multa consilia habentis,
Nunquam ad thronum uarium sicuti antea
Cum ipso sedens, sapientia consultans consilia.
Verum haec in templis qui multum optantur manens,
Oblectabatur suis sacris bouinos oculos habens ueneranda
Sed quando iam noctesq; & dies perficiebantur, (Iuno.)
Rursus perfecto anno, & uenerunt horae,
Haec autem peperit neq; dijs similem neq; mortalibus.
Grauemq; difficilemq; Typhaona damnatum mortalibus.

APOLLINEM.

225

Statim hunc suscipiens bouinos oculos habens ueneranda Iuno
Dedit deinde ferens mala malum, haec uero cum suscepit
Qui mala multa faciebat ad inclytas gentes hominum
Quis huic obuiam iret ferretq; illi fatalem diem.
Antequam illi telum misisset longe operans Apollo.
Forte hic uero doloribus depasta acerbis
lacebat ualde anhelans inuoluta per terram.
Diuinus at clamor factus fuit indicibilis, haec autem super mare
Frequenter ualde ubi uolebatur, reliquit autem animam (tertia
Cruente spirans, hic autem orauit Phœbus Apollo.
Hic nunc putresce super terram uiros pascentem.
Neque tu utiq; uiuis malum damnatum mortalibus
Eris, qui terrae multos nutrientis fructum comedentes
Hic sacrificabunt perfectas hecatombas,
Neque tibi mortemq; tristem, neque Typhoeus
Arcebit, neq; chimæra difficilis nominis, sed te utiq; hic
Putredine afficiet terra nigra, & excitator Hyperion.
Sic dixit precando, huius autem tenebrae oculos obtexerunt.
Hunc autem hic putredine affecit optabilis uis Solis.
Ex quo nunc pytho uocatur, hi autem regem
Pythium uocant cognomine: quoniam illic
Putredine affecit monstrum uis acuti Solis.
Et tunc utique cognouit sua in mente Phœbus Apollo
Quod illum fons pulcherrimus decepit.
Iuit autem ad Delphusam iratus: celeriter autem peruenit.
Stetit autem ualde prope ipsam, & illa uerbis allocutus est.
Delphusa, non utiq; futura eras meam mentem decipere,
Locum habens amabilem profluere pulcherrimam aquam.
Hic iam & mea laus erit, neq; tua solius.
Dixit, et ad promotorium impulit rex longe operans Apollo,



I N

Petris profusis occultauit autem fluenta,
Ac templum fecit in luco umbroso
Propè ualde fontem pulchrisuum, hic Regi
Omnes cognomento Delphusio uota faciunt:
Quoniam Delphuse sacræ pudore affectit fluenta.
Et tunc utiq; animo cogitabat Phœbus Apollo,
Quosnam homines sibi in sacris ascisceret,
Qui sibi ministerium exhibebunt pytho in saxosa.
Hæc igitur in animo agitans uidit in ceruleo ponto
Nauem uelocem: in ipsa autē uiri erant multiq; & boni
Cretenses ex Gnoſſo Minoisa, qui utiq; Regi
Sacræq; faciunt & enunciant leges
Phœbi Apollinis auriensis, quodcumque dixerit
Oracula edens ex lauro è uallibus Parnasi.
Hi quidē ad res gerēdas ac pecuniarum gratia cum nauis
Ad pylum arenosam pyligencosq; homines ^(nigra)
Nauigabant. uerum hic his obuiam iuit Phœbus Apollo
In ponto autem impetum fecit corpore delphini similis
Nauis ueloci, ac iacebat monstrum magnum graueq;
Horum autem quicumq; in animo excogitaret intelligere.
